Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda Ecclesiae Paderbornensis

Dietrich <Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1602

urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

06
IPB
1138
Universitätsbibliothek Paderborn 51
06/7585
AL/Inc. 1879
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AGENDA ECCLESIAE PADERBORNENSIS.

PER

REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM, ET ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM ac Dominum D. THEODORVM Epiſcopum Paderbornenſem, S. Romani Imperij Principem, &c. in gratiam Paſtorum ſuæ Diœceſis recens euulgata.

Liber monasterij S Godehardi emptus Hermanno Abbate 1607

PADERBORNAE

Excudebat Matthæus Pontanus.

ANNO DOMINI

M. DC. II.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THEODORVS DEI ET SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA EPISCOPVS PADERBORNENSIS AC S. Romani Imperij Princeps, &c.

VENERABILI IN PRIMIS CLERO SVO, AC VNIVERSIS AGENDAE HVIVS vſum amplecti volentibus, pacem & ſalutem in Domino ſempiternam.

NON immeritò ab ipſis Apoſtolorum temporibus in Eccleſia Dei ſollicitè ſemper ab Epiſcopis & gregis Dominici primarijs paſtoribus prouiſum eſt, vt Sacramenta noui teſtamenti à Domino noſtro IESV Chriſto vero illo Samaritano inſtituta, cum ſumma reuerentia tum à Sacerdotibus miniſtrarentur tum à fideli populo ſuſciperentur. Illa enim velut ſacra quædam Symbola ac diuina organa ſunt, per quæ in vniuerſum Eccleſiæ corpus bona cuncta quaſi per canales dimanant, quæ pro eâ, tanquam paſtor bonus animam ſuam per paßionem ponens, Saluator noſter promeritus eſt. Hinc piè ſalubriterq́; ab ipſis Religionis Catholicæ incunabilis, creditũ fuit, eadem Sacramenta quæ in paucis externis ſignis per ſe exiſtunt, ſolemnibus quibuſdam ac ſacris ceremonijs ab ipſo Redemptore noſtro, ab Apoſtolis, & proximis eorum ſucceſſoribus conueſtita & ad maiorem ſimplicis populi intelligentiam & deuotionem vſurpata fuiſſe, vt per illas, ea quæ Sacramentis ſpiritualiter ſignificantur & efficiuntur, veluti ob oculos circumſtantium poſita, reuerentius, maioreq́; animarum emolumento adminiſtrarentur & acceptarentur. Harum ceremoniarum percelebris apud venerandam Patrum antiquitatem dignitas atq; auctoritas ſemper extitit; vt Carthaginenſis Concilij ad Innocentium Papam, apud D. Auguſtinum, & ad Galliæ Epiſcopos, Cæleſtini Pontificis epiſtolæ luculenter cõprobant. Ep. 9. c. 11. *Hæc quoq; in ſingulis Diœceſibus per vniuerſam Eccleſiam propriæ fermè reperiuntur, & ijs libris iã olim deſcriptæ, quos quartæ Synodi Patres Officiales vocarunt. qui ſanè Patres ſeuerè mandarunt ijs qui Parochijs præſunt, ab Epiſcopis ſuis eas accipere debere, ne in Sacramentis obeundis, vllos errores aut defectus cum maximo animarum diſpendio, admitterent. Quam ſanctionem pro Epiſcopalis noſtri muneris præeminentia & paterna gregis nobis ab omnipotente DEO concrediti ſollicitudine diligentius apud animum euoluentes, & inſuper animaduertentes in noſtra hac Paderbornenſi Diœceſi magnam tam in Sacramentis, quam Benedictionibus rituum diſparitatem & confuſionem, partim ex defectu propriæ Agendæ, partim ex aliarum Diœceſium ſacerdotibus, qui in hanc admißi ſunt, partim ex negligentia & inſcitia Parochorum exiſtere, vt huic incommodo tempeſtiuè obuiam iretur, nouam hanc Agendam inſpectis di-*

uerſorum Epiſcopatuum eiuſdem argumenti Paſtoralibus libris, ijsq́; inter ſe &
cum noſtris Diœceſanis fragmentis diligenter collatis in hanc formam redactam,
& ad mentem Concilij Tridentini concinnatam, elegantioribusq́; typis excuden-
dam curauimus, nihil dubitantes, nos ſummo ac principi paſtorum Chriſto, deinde
vobis Præpoſitis Decanis, Archidiaconis & animarum Rectoribus rem gratam,
pernecessariam ac vtiliſſimam præſtitiſſe. In hac enim non ſolum plena & perfe-
cta de Sacramentis omnibus inſtructio (quantum ad legitimam eorum admini-
ſtrationem attinet) continetur, ſed etiam Caſuum difficiliorum; ſubinde in ijs, præ-
cipuè autem in Matrimonio & Confeſſione occurrentium; breuis & accurata re-
ſolutio ac modus varias res Catholico ritu benedicendi ac Dæmonem exorcizandi.
Et quoniam miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Eius vna nobiſcum
vos vtiq́; agnoſcitis, danda vobis opera erit, vt, quemadmodum de Diuinis Sacra-
mentis idem ſapimus omnes per ſpiritũ vnitatis & pacis quo in vnam Religionem
& fidem in vna S. Catholica Eccleſia coaluimus, ita quoq́; vnum ſit omnium labi-
um, vna eademq́; benedicendi & precandi forma, vt vno ore animoq́; conformes
Rom. 15 (quod monet Apoſtolus, commendat B. Cyprianus, & ſuo exemplo docent apud Da-
lib. 4. nielem tres pueri, ac primitiua Apoſtolorum Eccleſia) ſine errore & defectu atque
Ep. 4. vniformiter animarum Curatores in hac noſtra Diœceſi tremenda Sacramento-
Dan. 3. rum myſteria diſpenſent. Si enim omnis error atq́; defectus tanto perículoſior cen-
Act. 2. ſetur: quanto ea, circa quæ contingit, magis neceſſaria hominib. exiſtimantur: quid
poteſt damnoſius exiſtere, quàm ſi in ijs erretur, quæ ad ſalutem ſubditorum ſola
creduntur, vtiliter tanquam ſpiritualia remedia nobis à Saluatore fuiſſe relicta?

Quia verò ad hæc diuina animarum præſidia, res & materiæ determinatæ, cer-
taq́; & immutabilia verba, ſicut & ſpeciales actus ac facta quædam de neceſſitate
requiruntur; ex quib. vnum ſi deſit, nihil agitur, vt habetur Can. quæ ipſis. D. 38.
& expreſſius in gloſſa ibidem, & c. pernecessarium eſt vt parochi legitimè ſuum of-
ficium facturi ſollicitam & ſeriam ſuſcipiant curam ac deliberationem, quomodo
omnia in eadem contenta, intelligant; Omnis. n. ſcire tenetur ea, quæ ad officium
ſuum pertinent, & ſine quorum notitia non poteſt debitè officij ſui actus exercere;
nec intelligant ſolum, ſed etiam in opus & exercitium ſtatim deducant. Quod vt
ſine vlla mora & tergiuerſatione fiat, omnium aliarum Agendarum cuiuſcunq́;
Diœceſis vſum deinceps penitus abrogamus, Officialiq́; noſtro, Archidiaconis & Re-
ctoribus animarum ſerio mandamus & in virtute S. Obedientiæ præcipimus, vt
hanc Agendam à nobis diuulgatam primo quoq́; tempore ſuis vel fabricæ impenſis
ſibi comparent: eiusq́; formulam & inſtitutionem in omnibus Sacramentis diſpen-
ſandis, rebusq́; benedicendis, vt vniformitas rituum Eccleſiaſticorum deinceps in
hac noſtra Diœceſi iuxta Canonum decreta. C. De his. diſt. 12. omninò ſequãtur po-
puloq́; è ſuggeſtu adhibita cura & ſtudio fideliter præmeditateq́; omnia explicent,
præcipuè ea quæ hactenus per ſupinam quorundam Curatorum ſocordiam cum ir-
reparabili multarum animarum damno exoleſcere vel in obliuionem contem-
ptumq́; graſſante hæreſum & vbiq́; omnia depopulante flamma venire cœperunt.
Idq́; primo hoc anno faciant quàm ſæpiſſimè, ac deinde, quoties Archidiaconis vi-
debitur, ratioq́; dictabit, ne fruſtra hic labor ſuſceptus, noſtraq́; ſeria voluntas ob-
literata & euanida fuiſſe videatur.

Exper-

PRÆFATIO.

Expergiſcimini proinde Parochi non ſolum noſtra hac paterna præceptione,
ſed terribili illa Prophetæ, ſeu potius vrgentis DEI comminatione. SANGVI-
NEM eius (oviculæ, quæ tua deſidia & torpore perditur) DE TVA MANV
REQVIRAM. Quod infirmum eſt, conſolidate, quod ægrotum, ſanate,
quod confractum, alligate, quod abiectum, reducite, quod perditum, quærite, paſci-
te gregem ſcientia & doctrina. Seria & profunda meditatione frequenter con- Iere. 3.
templemini, quæ de bonis & malis paſtoribus in vtroque Bibliorum inſtrumento
dicuntur, vt totum caput Ezech. 34. Totum Zach. 11. Totum Io. 10. Iſa. 56. verſ.
11. & 58. verſ. 1. Ierem. 2. verſ. 8. & cap. 23. verſ. 1. Ezech. 3. verſ. 17. 18.
19. 20. 21. 22. 1. Pet. 5. verſ. 2. & 4. Act. 20. verſ. 28. Euchariſtiam prout ſan-
cta mater Eccleſia præſcribit, adminiſtrate. Sacramentum extremæ vnctionis ha-
ctenus penè intermiſſum, in vſum vigoremq́ reuocate. Matrimonio non iungite
niſi ritè ad hoc per ordinaria Eccleſiæ media diſpoſitos. Pœnitentiæ Sacramen-
tum cum ſuis partibus efficaciter vrgete, & in primis, quantum memoria patitur
enumerationem peccatorum ſine qua (ſpontè præſertim vt nunc à pluribus fit,
omiſſa) non fit remiſſio aut legitima abſolutio peccatorum; ſed potius duplex ge-
hennæ filius, & is, qui malè confitetur, & qui male abſoluere præſumit. Diſcite
exactè gradus prohibitos, conſanguinitatis & affinitatis, cæteraq́ impedimenta
dilucidè in hoc Agendæ libro expreſſa. Celebrate quoad fieri poteſt vigilias mor-
tuorum & impedite locorum ſacrorum prophanationem. Docete tenellos &
paruulos in Chriſto Catechiſmum diebus Dominicis & feſtis à prandio. Non
baptizate neque Matrimonio iungite niſi in templo præſentes, citra grauem ne-
ceſſitatem aut Ordinarij licentiam. Habete librum, in quo ſcribantur nomina
contrahentium Matrimonium & baptizatorum. Denique tanto ſtudioſius &
vigilantius omnibus hiſcè ſacris ritibus & benedictionibus vtimini quanto ma-
leficarum numerus & nocendi libido diabolicæ fraudis per totum huius Diœce-
ſis corpus ſparſa heu ac nimis latè propagata ex quotidianis detrimentis euiden-
ter animaduertitur. ne Ieremiæ querela in vos cadat. Stulte egerunt paſtores cap. 10. verſ. 21.
& Dominum non quæſierunt. Et noſtra quoque comploratio ſuper vos veniat in
die Iudicij, vt cogamur ingemiſcentes dicere cum eodem. Paſtores demoliti cap. 12.
ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam verſ. 10.
deſiderabilem in deſertum ſolitudinis. Et quod cap. 50. verſu 6. habetur. Grex
perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntq́ vaga-
ri in montibus (in capitalibus vitijs & erroribus) Obliti ſunt cubilis ſui (Eccleſiæ
ſuæ, in qua baptizati ſunt.) Docendus igitur à vobis omni cura ſimplex ac rudis
populus vt ad depellenda maleficia & incantationes, earumq́ vim hebetandam ijs
vtatur remedijs quæ aduerſus nequitias. & illuſiones Dæmonum Eccleſiaſtica ſan-
ciuit auctoritas, vſusq́ piorum confirmauit, vt ſunt. Signũ Crucis. Aqua luſtralis.
Exorciſmi ſolemnes. Cerei benedicti. Herbæ conſecratæ. Inprimis verò intima ad
DEVM conuerſio, contritio & Confeſſio, quemadmodum Ieiunium, Eleemoſina &
Oratio, nec non Diuinum Miſſæ Officium ac perceptio Sacroſanctæ Euchariſtiæ.
Inſtate igitur noſtra & Apoſtolica cohortatione inſlammati Paſtores, opportunè,
importunè; arguite, increpate in omni patientia & doctrina. Eſt enim nunc tem-
pus, cum ſanam doctrinam multi non ſuſtineant, ſed ad ſua deſideria coa-
ceruent ſibi magiſtros prurientes auribus & à veritate auditum auertant.

*Quod ſi aliqui ad hanc noſtram voluntatem æquiſſimam obſurduerint, & vnifor-
mitatis tantoperè à nobis exoptatæ, obliti, rituum diuerſitatem pro ſuo ingenio &
arbitratu poſthac ſectati fuerint, illorum temeritatem volumus noſtri Officialis
Archidiaconorum iudicio puniri, & ſi contumacia acceſſerit, loco & ordine ſuo
moueri: Nec enim æquum eſt vt in communione maneat, qui à capite ſuo & mem-
bris in doctrina Diuinisq́; rebus peragendis diſcordat. Oramus autem DEVM
OTP. MAX. vt qui noſtræ huius paternæ ſollicitudinis erga ſubiectum gregem
optimè conſcius eſt, ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, det omnibus vobis virtutem,
corroborari per Spiritum eius in interiore homine, vt vnanimes idipſum ſentien-
tes, collaboretis nobiſcum in ædificationem Corporis Chriſti donec occurramus o-
mnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram
ætatis plenitudinis Chriſti, qui verè bonus paſtor, vt in hodierno Euangelio Eum
Ioannes appellat, vitam pro ouibus ſuis poſuit & mori dignatus eſt, vt nos omnes
pariter immarceſſibilem gloriæ coronam acciperemus, cuius gratia vos omnes in
omni bono confirmet.*

Datum Dominica Miſericordiæ
21. Aprilis An. 1602.

INDEX.

INDEX OMNIUM QVÆ IN HAC Agenda tractantur.

EXplicatio Kalendarij.
De Aureo numero.
De Epactis.
De Cyclo Solari.
De Feſtis mobilibus.
Tabula perpetua feſtorum mobilium.
Tabula temporaria feſtorum mobilium.
De Indictione.
Dies abſtinentiæ.
Dies ieiuniorum.
Feſta in choro & in foro pariter obſeruanda.
Kalendarium perpetuum.
Bekandtnuß des Catholiſchen Glaubens.
Formula generalis qua Parochi ante & poſt concionem vti poterunt.
De prædicandi munere.

CAtholicæ inſtructiones circa Sacramentorum adminiſtratione. pagina 1.
De Sacramentis in genere. pag. 3
De Sacramento Baptiſmi inſtructio. pag. 5
Ordo baptizandi maſculum vel fœmellam cum ceremonijs conſuetis. pag. 16.
Ordo baptizandi infirmum maſculum vel fœmellam. pag 38.
Breuis baptizandi ritus in articulo mortis. pag. 50.
Ordo ſeruandus in baptizatis ſine cæremonijs. pag. 54.
Inſtructio pro Sacramento Confirmationis. pag 61.
Modus abluendi deſiccatum Chriſma tertio die. pag 64.
Inſtructio de Sacramento pœnitentiæ. pag 67.
De caſibus reſeruatis Reuerendiſsimo Archiepiſcopo pag 87.
Caſus reſeruati S. Pontifici in Bulla cœnæ Domini cum alijs. pag. 89.
Excommunicationes reſeruatæ Epiſcopis. pag 91.
De excommunicatione maiore & minore. pag. 93
De ſuſpenſione. pag. 96.
De Interdicto. pag. 98.
De violatione Eccleſiarum. pag. 99.
De irregularitate. pag 100.
De Epiſcoporum poteſtate in caſibus reſeruatis. pag 101.
Qui excipiantur à caſibus reſeruatis papæ. pag. 102.
De votorum commutatione. pag. 102.
Inſtructio de Sacramento Euchariſtiæ. pag 104.
Ordo communicandi populum ſanum. pag. 109.
Modus viſitandi infirmum, & adminiſtrandi Sacramentum. pag. 115.
Inſtructio de Sacramento Extremæ vnctionis. pag 133.
De Sacramento Ordinis inſtructio. pag. 161.

De impe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index.

De impedimentis, Habitu, & Horis canonicis ordinandorum, & ſequentibus. pag. 163.
De Simonia. pag. 168
Compendioſa de Matrimonio inſtructio. pag. 170.
Modus celebrandi Sponſalia. pag. 184.
Forma copulandi deſponſatos. pag. 188.
De ſecundis nuptijs. pag. 204.
Contra maleficium oratio Eccleſiæ. pag. 205.
Benedictio mulieris prægnantis. pag. 210.
Ordo introducendi mulierem in Eccleſiam poſt partum. pag 213.
De obſtetricibus deligendis & iuramento ab eis præſtando. pag 219.
Benedictio aquæ luſtralis & ſalis. pag. 221.
Benedictio Candelarum in die Purificationis B. Mariæ. pag 227.
Benedictio Cinerum in Capite ieiunij. pag. 241.
Benedictio Palmarum. pag. 249.
Ordo in Cœna Domini. pag. 273
Ordo in die Paraſceues. pag. 274.
Ordo in Sabbatho ſancto. pag. 290.
Benedictio Segetum & Seminũ in feſto S. Marci & diebus rogationũ. pag 313.
In Sabbatho Pentecoſtes pag. 336.
Benedictio Herbarum in feſto Aſſumptionis B. Mariæ virginis. pag. 336.
Exorciſmus domus à Dæmonio vexatæ. pag 342,
Inſtructio & forma procedendi contra infeſtationes dæmonum. pap. 349.
Altera forma exorciſmorum ac fugandum dæmonem. pag. 361
De puerorum & rudium inſtitutione. pag. 371.

BREVIS

BREVIS EXPLICATIO EORVM, QVAE AD NOVI CALENDARII RATIONEM PERTINENT.

QVamuis Cyclus Aurei numeri quoad congreſſus Solis & Lunę, ſeu Nouilunia, vt vocant, & feſta mobilia inquirenda, non amplius inſeruiat; vtilis tamen & neceſſarius eſt ad Epactam cuiuſuis anni inueſtigandam. Qua inuenta & littera Dominicali cognita (de qua in Cyclo Solari inferius) facillimè, & Nouilunia, & feſtum Paſchæ, & reliqua feſta mobilia ex Calendario, vel eorundē feſtorum tabulis perpetuis infrà ſubiectis cognoſcentur. Cùm igitur huius rei cognitio Parochum fugere nō debeat, paucis, quoad eius fieri poteſt, modus & vſus illius ob oculos ponetur. Et primò quidem, quid aureus numerus ſit, & quâ ratione indagandus; tum, quid Epacta: & quomodo ipſa in annis futuris, hoc eſt, ab anno currente 1602. vſque ad annum Domini 1699. incluſiuè elici poſsit. Deinde, quis Cyclus Epactarum Aureo numero ad eundem vſq; annum 1699. incluſiuè reſponſurus. Poſt hunc enim annum, Epactę, pro anni Solaris & Lunaris magnitudine, alio modo ſe habebunt, vt ex Gregoriano patet Kalendario. Demum, quid Cyclus Solaris ſit, quidq; ipſa Indictio, aperietur, & quomodo etiam hæc inuenienda; ne quid à rudioribus deſiderari poſsit.

DE AVREO NVMERO.

AVreus numerus eſt reuolutio numeri 19. annorum ab 1. vſq; ad 19. ita, vt ſingulis annis ſinguli numeri attribuātur, qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur, hoc quo ſequitur modo:

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

Incipit autem à primo die Ianuarij, & finitur vltimo die eiuſdem anni.

Qua ratione numerus Aureus ſingulis annis citra laborem inueſtigari poſsit.

ANnis Domini ad vnitatem, (nam Chriſtus natus eſt anno

2. Aurei numeri) & numerum compoſitum diuide per 19. Numerus qui ex diuiſione relinquitur, erit numerus Aureus anni propoſiti, vt ſi quæratur Aureus numerus anni currentis 1602. addo 1. & fient 1603. quæ diuido per 19. & remanent poſt diuiſionem 7. quæ hoc anno ſexcenteſimo ſecundo ſunt numerus Aureus. Rurſum ſi anno ſequenti 1603. addideris 1. fiet numerus 1604. quo diuiſo 19. relinquentur 8. pro Aureo numero anni 1603. Similiter ſi annis 1633. adijciatur 1. fiet numerus 1634. quo diuiſio per 19. nihil ſupereſt; erit igitur tunc numerus Aureus 19. atque ita de cæteris. Numerus verò, qui ex diuiſione prodijt, (quem Arithmetici quotientem vocant) oſtendit reuolutiones huius Cycli à Chriſti natiuitate elapſas.

DE EPACTA.

Epacta nihil aliud eſt, quam numerum vndecim dierum, quibus annus Solaris communis dierum, vtpote 365. annum communem Lunarem, dierum videlicet 354. ſuperat. Nam in anno communi Solari Luna facit duodecim coniunctiones cum Sole, & vndecim dies ſuperſunt decimæ tertię Lunationi, & hi vndecim dies ſunt Epacta, efficiuntq; vt Nouilunia in anno ſequenti vndecim diebus citius contingant quam in præcedenti. Et ſi ſecundo anno denuò addantur 11. fient 22. ac ſic Nouilunia viginti duobus diebus citius contingēt anno tertio, quā primo. Si vlterius his 22. adijciantur 11. fient 33 ex quibus ſi triginta auferantur, (vt quæ integram Lunationem conſtituunt) remanebunt 3. Epacta quarti anni. Et ſic à principio procedendo cum 11. habebitur Epacta annni propoſiti.

Obſeruandum tamen quod Epactæ illi, quę reſpondit aureo numero 19. ſemper adijciuntur 12. loco 11. vt ſequens Epacta haberi poſsit, quæ reſpōdet aureo numero 1. Quod ideo fit, vt vltima Lunatio Emboliſmica, currente aureo

nume-

numero 19. ſit tantum 29. dierum, videlicet vno die minor. Si enim 30. dierum eſſet, vt aliæ ſex Lunationes Emboliſmicæ, non redirent Nouilunia poſt 19. annos Solares ad eoſdẽ dies, ſed vno die tardius quàm ante 19. annos.

QVOMODO EPACTA EX AVREO NVMERO ab anno currente 1602. ad annum 1699. incluſiuè ſit elicienda.

REGVLA PRIMA

DVc Aureum numerum anni tui in 11. compoſitum numerum per 30. diuide, quod remanet, erit Epacta antiqua, ex hac aufer 10. & habebis Epactam nouam iuxta correctum Calendarium. Exempli gratia: Anno hoc 1602. numerus Aureus 7. hunc duc in 11 & fient 77. quæ diuide per 30. ſuperſunt 17. Epacta antiqua, á qua aufer 10. & remanebunt 7. Epacta noua.

REGVLA SECVNDA.

QVod, ſi Epacta antiqua minor ſit quam 11. ita vt 10. ex ea aufferri non poſsint, adde 30. ad illam antiquam, & tũc ex numero compoſito aufer 10. & prodibit Epacta noua. Exemplum: Anno Domini 1606. numerus aureus eſt 11. hunc duc in 11. & fient 121. quæ per 30. ſi diuiſeris reſtabit 1. Epacta antiqua. Ab hac quia 10. auferri non poſſunt, ideo 30. Adiicienda, & fient 31. à quo numero ſi abſtuleris 10. remanebunt 21. quæ eſt Epacta noui huius anni 1606.

REGVLA TERTIA.

POrro, ſi numerus Aureus per 11. multiplicatus 30. non exæquet, (vt fit in vnitate & binario) tum 30. ei adijcienda ſunt, & compoſitus per 30. diuidendus, & procedendũ vt ſuprà. Exempli cauſa: Anno Domini 1615 numerus Aureus eſt 1. hunc duc in 11. manebũt 11. Quia igitur hic numerus minor eſt quã vt per 30. diuidi poſsit, ideò adijcienda ſunt ei 30. & fiet numerus 41. quem ſi per 30. diuidas ſupererunt 11. Epacta antiqua, à qua aufer 10. & manebit 1. Epacta noua.

Si vero abſq; longa computatione Epactam inuenire deſideras, quære Aureum numerum anni tui in ſequenti tabella & Epacta, quæ directè illi ſupponitur, erit Epacta eiuſdem anni.

TABELLA AVREORVM NVMERORVM ET Epactarum inter reſpondentium, ab anno 1599. Deſeruiēs vſq; ad annum 1699. incluſiue.

Aur. num.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.
Epactæ.	IIII.	XV.	XXVI.	VII.	XVIII.	XXIX.	X.	XXI.	II.	XIII.	XXIV.
Aur. num.	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.			
Epactæ.	V.	XVI.	XXVII.	VIII.	XIX.	I.	XII.	XXIII.			

INuenta igitur hoc modo Epacta, quære illam in ſequenti Calendario, ſingulos menſes percurrendo; & diebus illis, quibus eam inueneris ſcito eſſe Nouilunium. Obſerdum tamen, quod cum nullus Cyclus Solaris calculo aſtronomico ad vnguem reſpondeat, data eſt diligenter opera, vt potius Nouilunia ſerius aliquando per Epactas demonſtrentur, quam vt aliquando ſedes ſuas anteuertant; ne cum Quartodecimanis hæreticis ſacroſanctum Paſcha, vel in 14. luna, vel ante celebretur.

DE CYCLO SOLARI.

CYclus Solaris, ſeu litterarum Dominicalium, eſt reuolutio numeri 28. annorum ab 1. vſque ad 28. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur: initiumq; ſumit à Ianuario, formatur autem hic Cyclus Solaris 28. annorum ex multiplicatione 7. per 4. ob id, quod propter ſeptem dies hebdomadæ, ſeptem ſint litteræ Dominicales, & quouis anno quarto vnus dies intercaletur; ita, vt tunc ordo ille ſeptem litterarum interrumpatur; recipianturq; duæ litteræ dominicales.

Quomodo Cyclus Solaris inueniendus.

ANnis Domini adde 9. (quia Chriſtus natus eſt anno 10. huius Cycli) compoſitum numerum diuide per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

28. quod remanet, eſt Cyclus Solaris; & ſi ex diuiſione nihil remanet, tum Cyclus Solaris erit 28. Vt ſi quæratur Aureus numerus Cycli Solaris anni 1602. huic numero adde 9. & fient 1611. quæ diuide in 28. & remanebunt 15. Cyclus videlicet Solaris anni 1602. Rurſus ſi cupias ſcire numerum Cycli Solaris anni 1615. adde 9. & fient 1624. quem numerum diuide per 28. reperiesq́; nihil ſupereſſe. Anno igitur 1615. numerus Cycli Solaris erit 28. & ſic de cæteris.

TABELLA CYCLI SOLARIS ET LITTERARVM Dominicalium, ab anno 1599. vſq; ad annum 1699. incluſiue.

Cycl. Sol.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.
Literæ Dominicales.	C.	B. A.	G.	F.	E.	D. C.	B.	A.	G.	F. E.	D.
Cycl. Sol.	23.	24.	25.	26.	27.	28.	1.	2.	3.		
Literæ Dominicales.	C.	B.	A. G.	F.	E.	D.	C. B.	A.	G.		
Cycl. Sol.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.			
Literæ Dominicales.	F.	E. D.	C.	B.	A.	G. F.	E.	D.			

DE FESTIS MOBILIBVS.

QVoniam ex Decreto ſacri Concilij Nicæni, Paſcha ex quo reliqua feſta mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proxime ſuccedit decimæ quartæ Lunæ primi menſis; primus autem menſis apud Hebræos eſt is, cuius decima quarta Luna, vel cadit in diem verni æquinoctij, (quod die 21. Martij contingit) vel ipſum propius ſequitur; proinde inuenta Epacta anni, & littera Dominicali iuxta præcedentium doctrinam, eam quære in Calendario inter diem octauum Martij incluſiuè, & quintum diem Aprilis incluſiuè, (huius enim Epactæ decima quarta Luna cadit vel in diem æquinoctij verni, hoc eſt 21. Martij, vel ipſum propius ſequitur) & ab ea incluſiuè deſcendo numera dies quatuordecim, & proximus dies Dominicus diem hunc 14. ſequens (ne cum Iudæis conueniamus ſi forte dies 14. Lunæ

caderet in diem Dominicum) erit dies Paſchæ. Exemplum: Anno 1599. Epacta eſt 4. & littera Dominicalis C. quæro igitur hanc Epactam 4. in Calendario inter octauum diem Martij incluſiuè & quintum Aprilis incluſiuè inuenioq; eã è regione diei 27. Martij, à qua incluſiué deorſum verſus, numero dies quatuordecim, vt habeam decimamquartam Lunam, quam video cadere in 9. Aprilis, poſt quem diem prima littera Dominicalis C. reperietur è regione diei 11. eiuſdem Aprilis. Paſcha ergo anno 1599. celebrandum erit 11. Aprilis.

Rurſus, anno ſequente 1600. Epacta eſt 15. & duplex littera Dominicalis B. A. cum annus ille ſit biſſextilis. Si igitur ab Epacta 15. quæ eſt è regione diei 16 Martij, & quia tunc currit poſterior littera Dominicalis nempe A. quæ poſt die 29. Martij, id eſt, poſt 14. Lunam collocata eſt è regione diei 2. Aprilis, celebrabitur Paſcha, die 2. Aprilis. Item anno 1605. Epacta erit 10. & littera Dominicalis B. & quoniam inuenitur hæc Epacta 10. è regione diei 21. Martij, à quo ſi incluſiuè deorſum verſus numerentur, dies 14. cadet decimaquarta Luna in 3 die Aprilis, qui eſt Dominicus dies; ne igitur cum Iudæis conueniamus, qui Paſcha celebrant decima quarta Luna, ſumenda eſt littera Dominicalis B. quæ ſequitur decimamquartam Lunam, nempe ea, quæ è regione diei 10. Aprilis collocatur. Atq; ideò Paſcha anno 1605. celebrandum erit die 10. Aprilis.

Inuento igitur die Paſchę ſic reliqua feſta mobilia inueſtigabis. In nona Dominica ãte Paſcha, pone Dominicam Septuageſimæ; in octaua, Dominicam Sexageſimæ; in ſeptima Dominicã Quinquageſimæ; & feria quarta ſequente diem Cinerum; quem ſequuntur ſex Dominicę Quadrageſimæ ſuo quæq; ordine. Poſt feſtum vero Paſchæ, Dominica quinta erit Rogationum, & proximè ſequenti feria quinta celebratur feſtum Aſcenſionis. Septima autem Dominica poſt Paſcha, erit dies Pentecoſtes, cui ſtatim ſuccedit Dominica Trinitatis, & ſequenti feria quinta feſtũ corporis Chri-

ſti. Dominica autem prima Aduentus ſemper illa eſt: quæ propinquior eſt feſto B. Andreę Apoſtoli.

Numerum autem Dominicarum inter Aduentum & Dominicam Trinitatis ita breuiſsimè colliges. Vide quot ſint Dominicæ poſt Paſcha, vſq; ad feſtum S. Georgij incluſiuè (quod cadit in 23. Aprilis) & tot Dominicas adde Dominicis 23 poſt Trinitatem, & habebis numerum Dominicarum inter feſtum Trinitatis & Aduentum. Si vero nulla Dominica ſequatur diem Paſchę, vſq; ad dictum feſtum incluſiuè, vel ipſe dies Paſcha cadit in illud feſtum, erunt tunc 23. Dominicę Si deniq; Paſcha celebretur poſt idem feſtū, erunt Dominicę inter Pentecoſten & Aduentum Domini, viginti duę duntaxat.

Quod ſi abſq; mora vlla hęc cupias cognoſcere, ingredere tabellam ſequentem generalem & perpetuam: & in cellula literę Dominicalis quęre Epactam, & directè in linea Epactę, à læua verſus dexteram progrediendo omnia feſta mobilia deprehendes. Animaduertendum tamen in annis biſſextilibus, cum poſt feſtum B. Matthię litera Dominicalis poſterior ſumatur, quoties Septuageſima & dies Cinerum inuentę fuerint, in Ianuario & Februario, numero dierum vnum diem adijci oportere.

TABVLA PERPETVA FESTORVM MOBILIVM.

Litt. Domini.	Cyclus Epactarum.	Septuageſima	Dies Cinerum.	Paſcha.	Aſcenſio Domini.	Pentecoſtes.	Corpus Chriſti.	Dom. poſt Trin.	I. Dominica Aduentus.
C	23.22.21 20.19.18.17.	24. Ian.	10. Feb.	28. Mar.	6. Maii.	16. Maij.	27. Maij.	26.	28. Noué.
	16.15.14.13.12.11.10.	31. Ian.	17. Feb.	4. Apr.	13. Maij.	23. Maij.	3. Iunij.	25.	28.
	9.8.7.6 5.4.3.	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.	20. Maii	30. Maij.	10. Iun.	24.	28.
	2.1.*29.28.27.26. 25.	14 Feb	3 Mart.	18. Apr.	27. Maii.	6. Iunij.	17. Iun.	23.	28.
	25.24.	21 Feb	10 *Mar.*	25. Apr.	3 Iun.	13. Iunij.	24. Iunij	22.	28.
D	23. 22.21.20.19.18.17 16.	18. Ian.	4. Febr	22. Mar.	30. Apr.	10. Maij.	21. Maij	27.	29. Noué.
	15.14.13 12.11 10.9.	25. Ian.	11. Febr.	29. mar.	7. Maij	17. Maij.	28. Maij.	26.	29.
	8.7.6.5 4 3.2 (24.	1. Febr.	18. Feb.	5. Apr.	14. Maii	24. Maij	4. Iunij	25.	29.
	1.*29.28.27.26. 25.25	8. Feb.	25. Feb.	12. Apr.	21. Maij.	31. Maii	11. Iunij.	24.	29.
		15. Feb.	4. Mar.	19. Apr.	28. Maii	7. Iunij.	18. Iunij.	23.	29.
E	23.22.	19. Ian.	5. Febr.	23. Mar.	1. Maii.	11. Maij.	22. Maii.	27.	30. Noué.
	21.20.19.18.17.16.15.	26. Ian.	12. Feb.	30. *Mar*	8. Maij.	18. Maij.	29. Maij.	26.	30.
	14.13.12.11.10.9.8.	2. Febr	19. Feb.	6. Apr.	15. Maii.	25. Maij.	5. Iunij.	25.	30.
	7.6.5.4.3.2.1. (24.	9. Febr.	26. Feb.	13. Apr.	22. Maii.	1. Iunij.	12. Iunij.	24.	30.
	*29.28.27.26. 25.25.	16. Feb	5. mart.	20. Apr.	29. Maii	8. Iunij.	19. Iunij	23.	30.
F	23.22.21.	20. Ian.	6. Feb.	24. mar.	2. Maii.	12. Maij.	23. Maij	27.	1. Deceb.
	20.19.18.17.16.15.14.	27. Ian.	13. Feb.	31. mar.	9. Maii.	19. Maij.	30. Maij.	26.	1.
	13.12 11.10.9.8.7.	3. Febr.	20. Feb.	7. Apr.	16. Maii.	26. Maij	6. Iunij.	25.	1.
	6 5.4.3.2.1.* (24.	10. Feb.	27 Feb.	14. Apr.	23. Maii	2. Iun.	13. Iunij	24.	1.
	29.28.27.26. 25.25.	17. Feb.	6. mar.	21. Apr.	30. Maii.	9. Iunij.	20. Iun.	23.	1.
G	23.22.21.20.	21. Ian.	7. Feb.	25. mar.	3. Maii	13 Maij.	24. Maij	27.	2. Deceb.
	19.18.17.16.15.14.13.	28. Ian	14. Febr.	1. Apr.	10. Maii.	20. Maij	31. Maij.	26.	2.
	12.11.10.9.8.7.6.	4. Feb.	21. Feb.	8. Apr.	17. Maii	27. Maij	[illegible]. Iunij.	25.	2.
	5.4 3.2.1 *29.	11. Febr.	28. Feb.	15. Apr.	24. Maii	3. Iunij	14. Iunij.	24.	2.
	28.27.26. 25. 25.24.	18. Feb.	7. mart.	22. Apr.	31. Maii	10. Iunij.	21. Iunij.	23	2.
A	23.22.21.20.19.	22. Ian.	8. Febr.	26. mar.	4. Maii.	14. Maij	25. Maii.	27.	3. Deceb.
	18.17.16.15.14.13.12.	29. Ian	15. Febr.	2. Apr.	11. Maii.	21 Maii.	1. Iunij.	26.	3.
	11.10.9.8.7.6.5.	5. Feb.	22. Feb.	9. Apr.	18. Maii.	28. Maij.	8. Iunij.	25.	3.
	4.3.2.1 29.28.	12. Feb.	1. *Mart.*	16. Apr	25. Maii.	4. Iunij	15. Iunij.	24.	3.
	27.26. 25.25.24.	19. Feb	8. Mart.	23. Apr.	1. Iun	11. Iun	22 Iunij	23.	3.
B	23.22.21.20.19.18.	23. Ian.	9. Febr.	27. mar.	5. Maii.	15. Maii.	26. Maij.	26.	27. Noué.
	17.16.15.14.13.12.11.	30. Ian	16. Feb.	3. Apr.	12. Maii.	22. Maii.	2. Iunij.	25.	27.
	10.9.8.7.6.5.4.	6. Febr.	23. Feb.	10. Apr	19. Maii	29. Maij.	9. Iunij.	24.	27.
	3.2.1.*29.28.27.	13. Febr.	2. *Mart*	17. Apr.	26. Maii	5. Iunij	16. Iunij.	23.	27.
	26. 25.25.24.	20. Feb	9. Mar.	24. Apr	2. Iun.	12. Iunij.	23 Iunij	22.	27.

TABV-

TABVLA TEMPORARIA FESTORVM MOBILIVM AD PROXIMOS XXXV. ANNOS.

Anni Domini.	Litt. Domin.	Aur. numer.	Epactæ	Septuageſima.	Cinerū.	Paſcha.	Aſcenſio Domini.	Pentecoſtes.	Corpus Chriſti.	Dom. poſt Trin.	I. Dominica Aduentus.
1599	C	4	*IV.*	7. Feb.	24.Feb.	11. Apr.	20.Mai.	30.Maij.	10. Iun.	24.	28. Noué.
1600	B A	5	*XV.*	30. Ian.	16 Feb.	2. Apr.	11 Maij.	21. Maij	1. Iunij.	26.	3. Decéb.
1601	G	6	*XXVI.*	18 Feb.	7. Mar.	22.Apr.	31.Maij.	10 Iunij.	21. Iun.	23.	2. Decéb.
1602	F	7	*VII.*	3. Feb	20.Feb.	7. Apr.	16. Maij	26.Maij.	6.Iunij	25.	1. Decéb.
1603	E	8	*XVIII.*	26. Ian.	12. Feb.	30.Mar.	8. Maij.	18. Maij	29. Maij	26.	30 Noué.
1604	D C	9	*XXIX.*	15. Feb.	3 Mart.	18. Apr.	17. Maij	6. Iunij.	17.Iunij.	25.	28. Noué.
1605	B	10	*X.*	6.Febr.	23. Feb.	10. Apr.	19 Maij.	29 Maij	9. Iunij.	24.	27. Noué.
1606	A	11	*XXI.*	22. Ian.	8. Febr.	26.Mar	4. Maii.	14.Maij.	25. Maij.	27.	3. Decéb.
1607	G	12	*II.*	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.	24.Maii	5. Iunij.	14.Iunij.	24.	2. Decéb.
1608	F E	13	*XIII.*	3. Feb.	20. Feb.	6. Apr.	15. Maii.	25. Maij.	5. Iunij.	25.	30. Noué.
1609	D	14	*XXIV.*	15. Feb	4. Mar.	19. Apr.	28. Maii	7. Iunij.	18.Iunij	23.	29. Noué.
1610	C	15	*V.*	7. Feb	24. Feb.	11. Apr.	20.Maii	30.Maij.	10.Iunij.	24.	28.Noué.
1611	B	16	*XVI*	30. Ian.	16. Feb.	3. Apr.	12.Maii.	22.Maij.	2. Iunij.	25.	27. Noué.
1612	A G	17	*XxVII*	19. Feb.	7. mart.	23.Apr.	31. Maii.	10.Iunij.	21. Maij.	23.	2. Decéb.
1613	F	18	*VIII.*	3. Feb.	20.Feb.	7. Apr.	16 Maii.	26.Maij.	6. Iunij.	25.	1. Decéb.
1614	E	19	*XIX.*	26. Ian.	12. Feb.	13.Mar	8. Maii.	18. Maij.	29.Maij.	26.	30. Noué.
1615	D	1	*I.*	15. Feb	4. mar.	19.Apr.	28. Maii	7. Iunij.	18.Iunij.	23.	29.Noué.
1616	C B	2	*XII.*	31. Ian.	17. Feb.	3. Apr.	12. Maii.	22. Maij	2. Iunij	25.	27. Noué.
1617	A	3	*XXIII*	22. Ian.	8 Febr.	26. mar.	4. Maii.	14. Maij.	25.Maij	27.	3. Decéb.
1618	G	4	*IV.*	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.	24.Maii	3. Iun.	14. Iun.	24.	2. Decéb.
1619	*F*	5	*XV.*	27. Ian.	13. Feb	31. mar.	9. Maii.	19. Maij	30.Maij.	26.	1. Decéb.
1620	E D	6	*XXVI.*	16. Feb.	4. mart.	19. Apr.	28.Maii.	7. Iunij.	18. Iunij.	23.	29. Noué.
1621	C	7	*VII.*	7. Feb.	24 Feb.	11. Apr.	20.Maii	30.Maij.	10. Iunij.	24.	28. Noué.
1622	B	8	*XVIII.*	23. Ian.	9. Feb.	27. mar.	5. Maii	15. Maij.	26.Maij.	26.	27. Noué.
1623	A	9	*XXIX*	12. Feb.	1. mart.	16. Apr.	25.Maii	4 Iunij	15. Iunij.	24.	3. Deceb
1624	G *F*	10	*X.*	4. Feb.	21.Febr.	7. Apr.	16.Maii.	26. Maij	6. Iunij.	25.	1. Decéb
1625	E	11	*XXI.*	26. Ian.	12. Febr.	30. mar.	8. Maii.	18. Maij.	29.Maij.	26.	30. Noué.
1626	D	12	*II.*	8. Feb.	25. Febr.	12. Apr.	21.Maii.	31 Maii	11.Iunij.	24.	29. Noué.
1627	C	13	*XIII.*	31. Ian	17.Febr.	4. Apr.	13. Maii.	23.Maii.	3. Iunij.	25.	28. Noué.
1628	B A	14	*XXIV.*	20.Feb.	8. Mar.	22. Apr	1. Iun.	11. Iun	22 Iunij	23.	3. Decéb.
1629	G	15	*V.*	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.	24.Maii	3. Iun.	14. Iunij	24	2. Decéb.
1630	*F*	16	*XVI.*	27. Ian.	13. Febr.	31. mart.	9. Maii.	19. Maii.	30. Iunij	26.	1. Decéb.
1631	E	17	*XXVII*	16. Feb.	15 mart	20. Apr	29. Maii	8. Iun.	19.Iunij.	23.	30. Noué.
1632	D C	18	*VIII.*	8. Feb.	25. Feb	11 Apr.	20. Maii	30.Maii.	10.Iunij	24.	28. Noué.
1633	B	19	*XIX.*	23. Ian.	9. Feb.	27. mar.	5. Maii	15.Maii.	26 Maij	26.	27. Noué.

DE

DE INDICTIONE.

INdictio (cuius frequens vſus in diplomatibus, & Scripturis publicis) eſt reuolutio annorum 15. qua reuolutione peracta, iterum reditur ad vnitatem; initium ſumit à Ianuario hocq; modo inuenitur. Annis Domini addãtur 3 (quia Chriſtus natus eſt anno 4. Cycli Indictionis) & compoſitus numerus per 15. diuidatur; numerus ex diuiſione relictus erit Indictio quæſita. Quod ſi nihil supereſt, erit Indictio 15. vt in anno præſenti 1502. addo 3. fiet numerus 1605 quem ſi per 15. diuiſeris, nihil ſupererit. Erit igitur hoc anno 1602. Indictio 15. Nũmerus verò ex diuiſione procreatus indicat quot reuolutiones huius Cycli à Chriſti Domini natiuitate, vſque ad dictum annum præterierint.

ERRATA.

Quamuis omni diligentia in hac Agenda erroribus occurſum ſit, ita vt in vniuerſa Sacramentorum & Benedictionum adminiſtratione inoffenſo pede Parochi ſuum exequi munus poſſint: tamen quia in cæteris inſtructionibus paucula ſubiecta errata irrepſerunt, ne pigeat quæſo, antequam ad vſum huius Agendæ procedatur, vel mediæ horæ ſpacium eorum correctioni impendere.

Prior numerus paginam, alter lineam deſignat.

8.	17.	pro	*eſt*	lege	*ſit.*
49.	16.	pro	*Oleum*	lege	*Chriſmæ*
51.	23	pro	*mortuum*	lege	*mortuus*
277.	3.	*velamen caſula*	(interpone)	*ſeu.*	
283.	7.	*& eo*	(interpone)	*ex*	
300.	2.	pro	*benedicendo.*	lege	*benedicente.*
317	16.	pro	*miſterio*	lege	*miniſterio.*
326.	2.	pro	*ſpiritu ſancto*	lege	*ſpiritus ſancti.*
343.	8.	*aduerſum vt nequiſſimum*	(dele)	*vt*	
337.	13.		*domini*	adde	*huic*
	27.		*miſericordia*	adde	*tua.*
348.	1.		*habitationem*	adde	*iſtam,*
354.	13	pro	*docebit*	lege	*docebat*
360.	2.	pro	*monentium*	lege	*mærentium*
367.	20.	pro	*tardius eis*	lege	*tardius exis.*

Quod ſi bis terue in orthographia vel tranſpoſitione alicuius litteræ, oſcitantiam librariorum deprehenderis, æqua mente feras, iuxta illud.

Aſt opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

DIES ABSTINENTIÆ,

Qui ieiunium coniunctum non habent, ſed tantum ciborum delectum.

OMNES feriæ ſextæ, & dies Sabbathi per annum, niſi feſtum Natiuitatis CHRISTI in alterum horum dierum incidat. Feſtum S. Marci, & tres dies Rogationum ante Aſcenſum Domini. Profeſta item omnia B. Mariæ Virginis, ex pia deuotione, & conſuetudine maiorum, præter profeſtum Aſſumptionis, in quo etiam ieiunandum eſt, quod infrà notatur.

Tametſi autem diebus ieiuniorum, & abſtinentiæ, ab eſu carnium ſemper abſtinendum eſt, & ciborum delectus obſeruandus; excuſantur tamen à ieiunio nonnulli ſecundum communem Doctorum ſententiam, vel ob impotentiam, vel pietatem, vel neceſsitatem. Ob impotentiam quidem, ſenes, ſi ſint ſexagenarij; deinde pueri, & adoleſcentes, qui annum vigeſimumprimum nondùm compleuerunt; ægroti, debiles, prægnantes, & alij, qui ſine periculo valetudinis ieiunare nequeunt; pauperes quoq; , qui non habent, vnde integrã refectionem ſumant; ob pietatem verò excuſantur, Concionatores, Lectores, Confeſſarij, Miniſtri ægrotorum, quando ſimùl ieiunare & huiuſmodi pietatis officia ſubire non poſſunt; ob neceſsitatem denique excuſantur, qui laborioſis operibus dant operam, quæ vires corporis exhauriunt, vt ſunt fabri ferrarij, murarij, lignarij & ſimiles.

DIES IEIVNIORVM

Quærendi ſunt in Calendario perpetuo, ſub fine cuiuslibet menſis.

NOTA.

IEiunia, quì ſeruare tenentur ſecundum Eccleſiæ præceptum, ſemel tantùm in die manducant: nec violatur potu moderato, quemadmodum nec refectiuncula veſpertina; quæ tamen medicinæ potiùs, quàm cibi loco ſumi permittitur.

Sunt autem docendi rudiores, diſcrimen ieiunij, & abſtinentiæ. Præterquàm enim, quod ſobriè ſemper viuendum eſt, etiam ad corporis curam; hoc peculiare Ieiunium habet, vt in delectu quoque ciborum, ac eſu piſcium, modum ponat: Abſtinentia verò tantùm carnium vſum adimat, & duplicem aliòquin refectionem admittat.

⁂

FESTA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De celebratione feſtorum.

FESTA IN CHORO ET FORO PARITER obſeruanda.

MENSE IANVARIO.

CIrcumciſionis Domini.
Epiphaniæ Domini.

IN FEBRVARIO.

Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.
S. Matthię Apoſtoli.

IN MARTIO.

Annuntiationis Beatę Mariæ Virginis
Paſchæ, cum duobus ſequentibus diebus, etiã quando in Aprilem incidit.

IN APRILI.

Sancti Marci vſq; ad meridiẽ in foro.

IN MAIO

SS. Philippi & Iacobi Apoſtolorum.
Aſcenſionis Domini.
Pentecoſtes cum duobus ſequentibus diebus.
Corporis CHRISTI.

IN IVNIO.

Natiuitatis Iohannis Baptiſtæ.
SS. Petri & Pauli Apoſtolorum.

IN IVLIO

Viſitationis B. Mariæ virginis
Dedicationis ſummi Tẽpli Padiborn. in feſto Mariæ Magdalenæ.
S. Liborij Patroni Diœceſ. Padiborn.
S. Iacobi Apoſtoli.

IN AVGVSTO.

S. Laurentij Martyris.
Aſſumptionis B. Mariæ virginis.
S. Bartholomæi Apoſtoli.

IN SEPTEMBRI.

Natiuitatis B. Mariæ Virgin.
S. Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ
S. Michaelis Archangeli.

IN OCTOBRI.

SS. Simonis & Iudæ Apoſtol.

IN NOVEMBRI.

Omnium Sanctorum.
Omnium animarum: vſq; ad meridiẽ.
Sancti Martini Epiſcopi.
S. Catharinæ Virginis & Martyris: vſq; ad meridiem.
S. Andreæ Apoſtoli.

IN DECEMBRI.

S. Nicolai Epiſcopi.
Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis.
S. Thomæ Apoſtoli.
Natiuitatis Domini noſtri IESV CHRISTI.
S. Stephani Protomartyris.
S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ.
Cum omnibus & ſingulis diebus Dominicis totius anni.

SEQVITVR KALENDARIVM PERPETVVM.

IN hoc Calendario primò animaduerte, quod Epactis initio Menſium à latere ſiniſtro poſitis, etiam hoc ſignum * loco trigeſimæ Epactæ adiunctum ſit, vt per illud non minus quàm per Epactas Nouilunia monſtrentur. Incipiet autem eius ſigni vſus anno Domini 1710. quando Aureo numero 1. copulabitur; durabitq; vſque ad annum Domini 1900. à quo deinceps tempore Aureo numero 12. iungetur.

Secundò nota, præter Epactam 25. rubram, etiam extra in margine 25. nigram poni; cuius vſus incipiet anno Domini 1916. Nam tunc temporis etiam illa indicabit Nouilunia, quoties nimirum numero Aureo aſſociabitur, qui 11. excedet, nempe duodecimo, decimotertio, & reliquis maioribus, vſque ad 19. poſteriorem; durabitq; eius vſus, vſque ad annum Domini 2200. excluſiuè.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IANVARIVS

Habet dies XXXI. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.			Dies Menſis.	Feſta Sanctorum, quorum recitatur officium Eccleſiaſticum ex præcepto Breuiarij Paderbornenſis.
*	A	Calendis.		1	Circumciſio Domini.
XXIX.	B	IV.	Non.	2	Octaua S. Stephani prothomartyris.
XXVIII.	C	III.	Non.	3	Octaua S. Iohannis Euangeliſtæ.
XXVII.	D	Prid.	Non.	4	Octaua SS. Innocentium martyrum.
XXVI.	E	Nonis.		5	Vigilia Clauſtralis.
25. XXV.	F	VIII.	Id.	6	Epiphania Domini.
XXIV.	G	VII.	Id.	7	Iſidori Epiſcopi & confeſſ. Clauis. LXX.
XXIII.	A	VI.	Id.	8	
XXII.	B	V.	Id.	9	
XXI.	C	IV.	Id.	10	
XX.	D	III.	Id.	11	
XIX.	E	Prid.	Id.	12	
XVIII.	F	Idibus.		13	Octaua Ephiphaniæ Domini. plen. Offic.
XVII.	G	XIX.	Cal.	14	Felicis in pinſis præsbyteri & confeſs. Miſſa.
XVI.	A	XVIII.	Cal.	15	
XV.	B	XVII.	Cal.	16	Marcelli papæ & martyris. M.
XIV.	C	XVI.	Cal.	17	Antonij abbat. & confeſſ. f. Sulpicij epiſ. Miſ.
XIII.	D	XV.	Cal.	18	Priſcæ virg. & mart. Miſſ.
XII.	E	XIV.	Cal.	19	Marij & Marthæ mart. Miſſ.
XI.	F	XIII.	Cal.	20	Fabiani & Sebaſtiani martyrum. pl. Off.
X.	G	XII.	Cal.	21	Agnetis virginis & martyris. pl. off. ☉ intrat ♒
IX.	A	XI.	Cal.	22	Vincentij martyris Miſſ.
VIII.	B	X.	Cal	23	Emerentianæ virginis & aliorum Martyr. Miſſ.
VII.	C	IX.	Cal.	24	
VI.	D	VIII.	Cal	25	Conuerſionis Pauli. Proiecti mart.
V.	E	VII.	Cal.	26	
IV.	F	VI.	Cal.	27	Iuliani Epiſcopi & confeſſoris.
III.	G	V.	Cal.	28	Octaua Agnetis virg. & mart. M.
II.	A	IV.	Cal.	29	Valerij epiſcopi & confeſſ. Coroli Magni f. Miſ.
I.	B	III.	Cal.	30	Adelgundis virginis. M.
*	C	Prid.	Cal.	31	

In hoc menſe nullum habes ieiunium, quod proclamandum ſit. Diebus Veneris & Sabbathi toto anni tempore abſtinédum eſt Chriſtianis omnibus ab eſu carnium, niſi in horum alterum incidat feſtum.

Parochiani tenentur ſeruare feſtum Patroni ſuæ parochiæ, licet ab alijs, id non ſeruetur: ſicut Collegia & Mona ſteria.

FEBRVARIVS

Habet dies XXVIII. Luna verò XXX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.			Dies Menſis.	Feſta Sanctorum.
XXIX.	D	Kalendis.		1	Brigidæ virginis. ſ.
XXVIII.	E	IV.	Non	2	Purificatio B. Mariæ virginis. dupl. ſ.
XXVII.	F	III.	Non.	3	Blaſij Epiſcopi & martyris. pl. Off.
25. XXVI.	G	Prid.	Non.	4	
XXV. XXIV.	A	Nonis.		5	Agathæ virginis & martyris.
XXIII.	B	VIII.	Id	6	Vedaſti Epiſ. & conf. pl. Off. Dorotheæ virg.
XXII.	C	VII.	Id.	7	
XXI.	D	VI.	Id.	8	
XX.	E	V.	Id	9	Apolloniæ virginis & martyris. M.
XIX.	F	IV.	Id.	10	Scholaſticæ virginis. Zotici, Erenei mart. M.
XVIII.	G	III.	Id.	11	
XVII.	A	Prid.	Id.	12	
XVI.	B	Idibus.		13	
XV.	C	XVI.	Kal.	14	Valentini & aliorum Martyrum. pl. Off.
XIV.	D	XV.	Kal.	15	☉ in ♓.
XIII.	E	XIV.	Kal.	16	Iulianæ virginis & mart. M.
XII.	F	XIII.	Kal.	17	
XI.	G	XII.	Kal.	18	
X.	A	XI.	Kal.	19	
IX.	B	X.	Kal.	20	Hyems terminatur.
VIII.	C	IX.	Kal	21	
VII.	D	VIII.	Kal	22	Cathedra S. Petri. ſ.
VI.	E	VII.	Kal	23	Vigilia. Locus biſextilis.
V.	F	VI.	Kal.	24	Matthiæ Apoſtoli. dup. ſ.
IV.	G	V.	Kal.	25	
III.	A	IV.	Kal.	26	
II.	B	III.	Kal.	27	
I.	C	Prid.	Kal.	28	

In anno biſextili menſis hic habet dies 29. atque tunc feſtum S. Matthiæ 25. die celebratur.

Quando etiam incidit in diem cinerum, transfertur in feriam 5 ſequentem; vt officium capitis ieiunij integrum ſeruetur.

Nullum hoc menſe aliud ieiunium indictum eſt, niſi principium Quadrageſimæ, & quatuor tempora incidant: quod propter ordinandos ſemper & vbique obſeruandum eſt.

MAR-

MARTIVS.

Habet dies XXXI. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.	Dies Menſis.			Feſta Sanctorum.
*	D	Kalendis.		1	
XXIX.	E	VI.	Non.	2	
XXVIII.	F	V.	Non	3	
XXVII.	G	IV.	Non.	4	Adriani martyris.
XXVI.	A	III.	Non.	5	
25. XXV.	B	Prid.	Non.	6	
XXIV.	C	Nonis.		7	Perpetuæ & Felicitatis. M.
XXIII.	D	VIII.	Id.	8	
XXII.	E	VII.	Id.	9	
XXI.	F	VI.	Id.	10	
XX.	G	V.	Id.	11	Clauis Paſchæ.
XIX.	A	IV.	Id.	12	Gregorij papæ. dupl Off.
XVIII.	B	III.	Id.	13	
XVII.	C	Prid.	Id.	14	
XVI.	D	Idibus.		15	
XV.	E	XVII.	Cal.	16	Ciriaci & ſociorum eius mart. M.
XIV.	F	XVI.	Cal.	17	Gertrudis virginis M.
XIII.	G	XV.	Cal.	18	
XII.	A	XIV.	Cal.	19	Feria 3. poſt Lætare erit Synodus Epiſc. Padibor.
XI.	B	XIII.	Cal.	20	
X.	C	XII.	Cal.	21	Benedicti abbatis. M.
IX.	D	XI.	Cal.	22	Aequinoctium primum Paſcha.
VIII.	E	X.	Cal	23	
VII.	F	IX.	Cal.	24	
VI.	G	VIII.	Cal	25	Annunc. B. Mariæ virg. dup. f Aduêt. S. Kiliani.
V.	A	VII.	Cal	26	Lutgeri epiſcopi. M.
IV.	B	VI.	Cal.	27	
III.	C	V.	Cal.	28	
II.	D	IV.	Cal	29	
I.	E	III.	Cal.	30	
*	F	Prid.	Cal.	31	

In hunc menſem ferè Quadrageſimalis abſtinentiæ ieiunium incidit, quod omnes Chriſti fideles obligat.

In die Cinerum feriandum vſque ad prandium, ſicut & Cœnæ Domini, Paraſceues, & Sabbathi magni.

Quatuor tempora celebrantur quarta & ſexta feria, ac Sabbatho poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, ac tunc ex præcepto Eccleſiæ ieiunandum.

Nota. Si feſtum Annunciationis B. Mariæ virginis occurrerit poſt feriã 4. ante Palmarum Dominicam tunc ſemper ipſum feſtum celebrabitur in dicta 4. feria, propter indulgentias, Apoſtolicas in Cathedrali Eccleſia promerendas.

APRILIS.

Habet dies XXX Luna verò XXX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.			Dies Menſis.	Feſta Sanctorum.		
XXIX.	G	Calendis.		1			
XXVIII	A	IV.	Non	2			
XXVII.	B	III.	Non.	3			
25. XXVI	C	Prid	Non.	4	Ambroſij epiſcopi.	dup. Off.	
xxv. xxiv	D	Nonis.		5			
XXIII.	E	VIII.	Id.	6			
XXII.	F	VII.	Id.	7			
XXI.	G	VI.	Id.	8			
XX.	A	V.	Id.	9			
XIX.	B	IV.	Id.	10			
XVIII.	C	III.	Id.	11	Leonis papæ.	M.	
XVII.	D	Prid.	Id.	12			
XVI.	E	Idibus.		13	Euſemiæ virginis & martyris.	M.	
XV.	F	XVIII.	Kal.	14	Tiburtij & Valeriani Martyris.	M.	
XIV.	G	XVII.	Kal.	15		Clauis rogationum.	
XIII.	A	XVI.	Kal.	16			
XII.	B	XV.	Kal.	17			
XI.	C	XIV.	Kal.	18			
X.	D	XIII.	Kal.	19			
IX.	E	XII.	Kal.	20			
VIII.	F	XI.	Kal.	21			
VII.	G	X.	Kal.	22			
VI.	A	IX.	Kal.	23	Georgij mart	Puſinnæ virg.	M.
V.	B	VIII.	Kal.	24			
IV.	C	VII.	Kal.	25	Marci Euangeliſtæ.	pl. Off.	Letania maior.
III.	D	VI.	Kal.	26			
II.	E	V.	Kal.	27			
I.	F	IV.	Kal.	28	Translatio S. Liborij. pl. Off.	Vitalis mart.	
*	G	III.	Kal.	29		Clauis Pentecoſtes.	
xxix.	A	Prid.	Kal.	30			

In feſto S. Marci, ad meridiem vſq; feriandum. Eundum quoque ad communem proceſsionem: & à carnibus ex maiorum traditione abſtinendum.

Idem ſeruabitur in ſeptimana, quæ Rogationū ſeu Crucis nuncupatur, quum Chriſtianus orbis Deo publicè ſupplicat, & per tres dies ad meridiē vſq; feriatur.

MAIVS.

Habet dies XXXI. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.			Dies Menſis.	Feſta Sanctorum.
XXVIII.	B	Calendis.		1	Philip. & Iacobi apoſt. dup. f. Vvalburgis virg. M.
XXVII.	C	VI.	Non.	2	
XXVI.	D	V.	Non.	3	Inuent. S. Crucis. Alexandri & aliorum f.
25. XXV.	E	IV.	Non.	4	
XXIIII.	F	III.	Non.	5	Godehardi epiſcopi M.
XXIII.	G	Prid.	Non.	6	Ioannis ante portam latinam f.
XXII.	A	Nonis.		7	
XXI.	B	VIII.	Id	8	
XX.	C	VII.	Id.	9	
XIX.	D	VI.	Id.	10	Gordiani & Epimachi mart. M.
XVIII.	E	V.	Id.	11	
XVII.	F	IV.	Id.	12	Nerei. Achillei. Pancratij & aliorum mart. f.
XVI.	G	III.	Id.	13	Seruatij epiſcopi. Mariæ ad Martyres.
XV.	A	Prid.	Id.	14	
XIV.	B	Idibus.		15	
XIII.	C	XVII.	Cal.	16	
XII.	D	XVI.	Cal.	17	
XI.	E	XV.	Cal.	18	☉ in II.
X.	F	XIV.	Cal.	19	Potentianæ virginis M.
IX.	G	XIII.	Cal.	20	Saturninæ virgin. & mart. f.
VIII.	A	XII.	Cal	21	
VII.	B	XI.	Cal.	22	
VI.	C	X.	Cal	23	
V.	D	IX.	Cal.	24	
IV.	E	VIII.	Cal	25	Vrbani Papæ & martyris. M. Aeſtas oritur.
III.	F	VII.	Cal.	26	
II.	G	VI.	Cal.	27	
I.	A	V.	Cal.	28	Aduentus S. Liborij. pl. Off.
*	B	IV.	Cal	29	Maximi epiſcopi & confeſſ. M.
xxIx.	C	III.	Cal.	30	(& virg. pl. Off.
xxvIII.	D	Prid.	Cal.	31	Cancij, Canciani, Cancianillæ, & Petronillæ mart.

Intra Paſcha & Pentecoſten nullum eſt ex præcepto Eccleſiæ ieiunium.

Vt poſt Paſcha, ſic etiam poſt Pentecoſten duobus immediatè ſequentibus diebus feriandum eſt.

Aſcenſionis item Dominicæ feſtum, quod in hunc ferè menſem incidit, celebrandum.

Feria quarta, ſexta, & Sabbatho poſt Pentecoſten ieiunium eſt quatuor temporum, Eccleſiæ præcepto obſeruandum.

IVNIVS.

Habet dies XXX. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.			Dies Menſis.	Feſta Sanctorum.
XXVII.	E	Kalendis.		1	Nicomedis mart. M.
XXVI.	F	IV.	Non	2	Marcellini & Petri M.
XXV. XXIIII.	G	III.	Non.	3	Eraſmi epiſcopi & mart. M.
XXIII.	A	Prid.	Non.	4	
XXII.	B	Nonis.		5	Bonifacij epiſcop. & ſociorum eius martyrum.
XXI.	C	VIII.	Id.	6	
XX.	D	VII.	Id.	7	Aduentus reliquiarum S. Thomæ Cantuarieſ. M.
XIX.	E	VI.	Id.	8	Medardi epiſcopi & confeſ. M.
XVIII.	F	V.	Id.	9	Primi & Feliciani martyrum. M.
XVII.	G	IV.	Id.	10	
XVI.	A	III.	Id.	11	Barnabæ apoſtoli pl. Off.
XV.	B		Id.	12	Baſilidis, Cyrini & ſociorum eius, martyrum. M.
XIIII.	C	Prid. Idibus.		13	Antonij presbyteri & confeſ. ſimpl. pl. Off.
XIII.	D	XVIII.	Kal.	14	Ruffi & Valerij mart. M.
XII.	E	XVII.	Kal.	15	Viti martyris f.
XI.	F	XVI.	Kal.	16	Aurei & Iuſtini martyris M.
X.	G	XV.	Kal.	17	☉ in ♋
IX.	A	XIV.	Kal.	18	Marci & Marcelliani martyrum f.
VIII.	B	XIII.	Kal.	19	Geruaſij & Protaſij martyrum. M.
VII.	C	XII.	Kal.	20	Reginæ virginis. M.
VI.	D	XI.	Kal.	21	Albani martyris: M.
V.	E	X.	Kal.	22	Decem millium martyr. f. Paulini confeſſ. M.
IIII.	F	IX.	Kal.	23	Vigilia. Solſtitium æſtiuale.
III.	G	VIII.	Kal.	24	Natiuitas S. Iohannis Baptiſtæ dup. f.
II.	A	VII.	Kal.	25	Seueræ virginis. M.
I.	B	VI.	Kal.	26	Iohannis & Pauli mart. M.
*	C	V.	Kal.	27	
XIX.	D	IV.	Kal.	28	Leonis papæ & confeſſ. pl. Of. præuenitur propter vigiliã Vigilia
XXVIII.	E	III.	Kal.	29	Petri & Pauli Apoſt. dup. f.
XXVII.	F	Prid.	Kal.	30	Commemoratio S. Pauli apoſtoli. pl. Off.

In vigilijs S. Iohannis, & Apoſtolorum Petri & Pauli ieiunium ab Eccleſia præceptum, populo promulgandum eſt.

In feſto corporis Chriſti omnes moneat Paſtor, vt pro tanto Dei beneficio gratias agant, & fidem Catholicam pia veneratione proteſtentur.

IVLIVS.

IVLIVS.

Habet dies XXXI. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.			Dies Menſis.	Feſta Sanctorum.
XXVI.	G	Calendis.		1	Octaua S. Ioannis Baptiſtæ. M.
25. XXV	A	VI.	Non.	2	Viſitat. B. Mariæ virg. dup. f. Proceſsi mart. M.
XXIIII.	B	V.	Non.	3	Translationis S. Thomæ apoſtoli.
XXIII.	C	IV.	Non.	4	Odalrici epiſcopi & confeſſoris.
XXII.	D	III.	Non.	5	
XXI.	E	Prid.	Non.	6	8. Petri & Pauli apoſt. f. Dies caniculares.
XX.	F	Nonis.		7	Materniani confeſſoris. M.
XIX.	G	VIII.	Id.	8	Kiliani epiſcopi & mart. & ſociorum eius f.
XVIII.	A	VII.	Id.	9	Octaua viſitationis B. Mariæ virg. f.
XVII.	B	VI.	Id.	10	Septem fratrum mart. f.
XVI.	C	V.	Id.	11	Translatio S. Benedicti Abbatis M.
XV.	D	IV.	Id.	12	Ermachoræ & Fortunati martyr. M.
XIV.	E	III.	Id.	13	Margarethæ virg. & mart. pl. Off.
XIII.	F	Prid.	Id.	14	Henrici Imperatoris. f. Elegij confeſſoris M.
XII.	G	Idibus.		15	Diuiſionis Apoſtolorum f.
XI.	A	XVII.	Cal.	16	Alexandri mart. f.
X.	B	XVI.	Cal.	17	Alexij conf. ſimpl. pl. Off. Sperati mart. M.
IX.	C	XV.	Cal.	18	Arnolphi epiſcopi & confeſſ. M. ☉ in ♌.
VIII.	D	XIV.	Cal.	19	Chriſtinæ virginis & martyris. M.
VII.	E	XIII.	Cal.	20	
VI.	F	XII.	Cal.	21	Praxedis virginis.
V.	G	XI.	Cal.	22	Mariæ Magdal. dup. f. Dedicatio Eccleſ. Paderb.
IV.	A	X.	Cal.	23	Liborij epiſ. & cõf. dup. f. Appolinaris mart. M.
III.	B	IX.	Cal.	24	Pauacij, Turribij mart. pl. Off. Vigilia.
II.	C	VIII.	Cal.	25	Iacobi apoſtol dup. f.
I.	D	VII.	Cal.	26	Annæ matris Mariæ. f.
*	E	VI.	Cal.	27	Chriſtophori f. Pantalionis mart. M.
xxIx.	F	V.	Cal.	28	Innocentij papæ & mart. M.
xxVIII.	G	IV.	Cal.	29	Felicis, Simplicij & aliorũ mart. 8. Mariæ Magd. f.
xxVII	A	III.	Cal.	30	Octaua S. Liborij f. Abdon & Sennen mart. M.
25. XXVI	B	Prid.	Cal.	31	Germani epiſcopi & confeſſoris. M.

In Vigilia S. Iacobi ieiunium eſt ex præcepto.

In feſto S. Mariæ Magdalenæ, quæ eſt 22. huius, agitur Dedicatio ſummæ Eccleſiæ noſtræ.

2° -

AVGVSTVS.

Habet dies XXXI. Luna verò XXX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.	Dies Menſis.			Feſta Sanctorum.
xxv. xxiv	C	Kalendis.		1	Ad vincula Petri f. Machabeorum. M.
xxIII.	D	IV.	Non.	2	Stephani papæ & martyris.
XXII.	E	III.	Non.	3	Inuentio S. Stephani prothomartyris. pl. Off.
XXI.	F	Prid.	Non.	4	Iuſtini presbyteri. M.
XX.	G	Nonis.		5	Dominici conf. Simpl. pl. Off. Oſvvald. regis. M.
XIX.	A	VIII.	Id	6	Sixti, Feliciſsimi & aliorum martyrum. M.
XVIII.	B	VII.	Id.	7	Donati epiſcopi & martyris. M.
XVII.	C	VI.	Id.	8	Ciriaci & Sociorum eius M.
XVI.	D	V.	Id	9	Romani martyris. Vigilia.
XV.	E	IV.	Id.	10	Laurentij martyris dupl. f.
XIIII	F	III.	Id.	11	Gangericij epiſ. & conf. pl. Of. Tiburtij mart. M.
XIII.	G	Prid.	Id	12	Eupli & Claudij martyr. M.
XII.	A	Idibus.		13	Hypoliti & ſociorum eius mart. pl. Off.
XI.	B	xIx.	Kal.	14	Euſebij presbyteri & confeſſ. Simpli. Vigilia. M.
X.	C	XVIII.	Kal.	15	Aſſumptionis B. Mariæ virginis ſummum feſtum
IX.	D	XVII.	Kal.	16	Rochi confeſſoris.
VIII.	E	XVI.	Kal.	17	8. S. Laurentij mart. M. Finis canicularũ dierũ.
VII.	F	XV.	Kal.	18	Agapiti mart. M. ☉ in ♍.
VI.	G	XIV.	Kal.	19	Magni martyris M.
V.	A	XIII.	Kal.	20	Maximi epiſcopi & confeſſoris. M.
IIII.	B	XII.	Kal.	21	
III.	C	XI.	Kal.	22	8. Aſſumptionis. pl. Off. Timothei & Simph. M.
II.	D	X.	Kal.	23	Vigilia. Autumnus oritur.
I.	E	IX.	Kal.	24	Bartholomæi apoſtoli dup. f.
*	F	VIII.	Kal.	25	Geneſij, Turribij & aliorum martyrum. M.
xxIx.	G	VII.	Kal.	26	Anaſtaſij epiſcopi & mart. M.
xxVIII.	A	VI.	Kal.	27	Ruffi & Pelagij mart.
xxVII	B	V.	Kal.	28	Auguſtini epiſcopi dup. Off. Hermetis mart.
XXVI.	C	IV.	Kal.	29	Decollationis Ioannis Bapatiſt. f. Sabinæ virgin.
25. XXV	D	III.	Kal.	30	Felicis & Adaucti mart. M.
xxIV.	E	Prid	Kal.	31	Paulini epiſcopi M.

Triplex ieiunium ab Eccleſia præceptum hoc menſe populo promulgandum: In vigilia S. Laurentij, Aſſumptionis B. Mariæ virginis, & S. Bartholom.

SEPTEM-

SEPTEMBER.

Habet dies XXX. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.			Dies Mensis.	Festa Sanctorum.
xxIII.	F	Kalendis.		1	Egidij. Priſci. Sixti, & aliorum martyrũ. pl. Of.
XXII.	G	IV.	Non.	2	Verenæ virginis. M.
XXI.	A	III.	Non	3	Remacli epiſcopi & confeſſoris. M.
XX.	B	Prid.	Non.	4	
XIX.	C	Nonis.		5	Taurini & Herculiani mart. M.
XVIII.	D	VIII.	Id	6	
XVII.	E	VII.	Id.	7	Vigilia Clauſtralis.
XVI.	F	VI.	Id	8	Natiuitas B. Mariæ virg. dup. f. Adriani mart.
XV.	G	V.	Id.	9	Gorgonij mart. plen. Off.
XIIII.	A	IV.	Id.	10	
XIII.	B	II.	Id	11	Prothi & Iacinthi mart. M.
XII.	C	Prid.	Id	12	
XI.	D	Idibus.		13	Materni epiſcopi & confeſſoris M.
X.	E	XVIII.	Cal.	14	Exaltationis S. *Crucis*. Cornelij & aliorum. f.
IX.	F	XVII.	Cal	15	Octaua Natiu. B. Mariæ virg. f. Nicomedis mart.
VIII.	G	XVI.	Cal.	16	Lucij & Geminiani. Euſemiæ virg. & aliorũ mart.
VII.	A	XV.	Cal.	17	Lamberti epiſcopi & martyris. M.
VI.	B	XIV.	Cal.	18	
V.	C	XIII.	Cal.	19	
IIII.	D	XII.	Cal.	20	Vigilia.
III.	E	XI.	Cal.	21	Matthæi apoſtoli & euangeliſtæ dud. f.
II.	F	X.	Cal.	22	Mauritij & ſociorũ. pl. Off. Luctrudis vir. 1. Ant.
I.	G	IX.	Cal.	23	
*	A	VIII.	Cal	24	Conceptionis B. Ioannis Baptiſtæ. M.
xxIx.	B	VII.	Cal.	25	Firmini epiſcopi & martyris. M.
xxVIII.	C	VI.	Cal	26	Aequinoctium autumnale. ☉ in ♎
xxVII	D	V.	Cal.	27	Coſmæ Damianæ & aliorum mart. f.
25. xxVI.	E	IV.	Cal.	28	Therentij epiſcopi & mart. M.
xxv. xxiv	F	III.	Cal.	29	Michaelis Archangeli dup. f.
xxIII.	G	Prid.	Cal.	30	Hieronymi presbyteri dup. Of.

In Vigilia S. Matthæi Apoſtoli ieiunium ex præcepto.

Poſt *Crucis* item exaltationem ieiunium quatuor temporum incidit, ex maiorum traditione ſeruandum.

OCTOBER.

Habet dies XXXI Luna verò XXX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.		Dies Mensis.	Feſta Sanctorum.
XXII.	A	Calendis.	1	Remigij epiſcopi & confeſſ. pl. Off.
XXI.	B	VI. Non.	2	Feria 2. poſt Remigij erit Septimana communis.
XX.	C	V. Non.	3	Duorum Evvaldorum presbyterorũ & mart M.
XIX.	D	IV. Non	4	Franciſci confeſſ. ſimp. pl. Off. Marci conf.
XVIII.	E	III. Non.	5	Menolphi Diaconi & confeſſ. f.
XVII.	F	Prid. Non.	6	
XVI.	G	Nonis.	7	Marci. Marcelli. Apulei. & aliorum Mart M.
XV.	A	VIII. Id.	8	
XIIII.	B	VII. Id.	9	Dioniſij & Sociorum eius mart. f.
XIII.	C	VI. Id.	10	Gereonis & Sociorum eius mart. M.
XII.	D	V. Id	11	Iuſti & Archemiæ mart. M.
XI.	E	IV. Id.	12	
X.	F	III. Id.	13	
IX.	G	Prid. Id.	14	Calixti papæ & mart. M.
VIII.	A	Idibus.	15	Sanctorum Maurorum mart. M.
VII.	B	XVII. Kal.	16	Galli confeſſ. Synodus epiſcopalis
VI.	C	XVI. Kal.	17	
V.	D	XV. Kal.	18	Lucæ Euang. dupl. Off. ☉ in ♏.
IIII.	E	XIV. Kal.	19	Ianuarij & Sociorum eius mart. pl. Off.
III.	F	XIII. Kal.	20	
II.	G	XII. Kal.	21	Vndecim millium virginum. f.
I.	A	XI. Kal.	22	Seueri epiſcopi & confeſſoris.
*	B	X. Kal.	23	Seuerini epiſcopi & confeſſoris. M.
xxIX.	C	IX. Kal.	24	
xxVIII.	D	VIII. Kal.	25	Criſpini & Criſpiniani mart. M.
xxVII	E	VII. Kal.	26	Amandi epiſcopi confeſſ. M.
xxVI.	F	VI. Kal.	27	Vigilia.
25. xxV.	G	V. Kal.	28	Simonis & Iudæ Apoſtoli. dup. f.
xxIIII.	A	IV. Kal.	29	Narciſsi epiſcopi & confeſſ. M.
xxIII.	B	III. Kal.	30	
xxII.	C	Prid. Kal.	31	Quintini mart. ꝓpter Vig. præuen. pl. Off. Vig.

In vigilia S. Simonis & Iudæ ieiunium ex præcepto.

Item in vigilia Omnium Sanctorum, quæ eſt vltimo huius menſis, ieiunium ex præcepto.

NOVEMBER

Habet dies XXX. Luna verò XXIX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.		Dies Menſis.	Feſta Sanctorum.
XXI.	D	Calendis.	1	Omnium Sanctorum dup. f. Cæſarij mart.
XX.	E	IV. Non.	2	Omnium animarum. Euſtachij.
XIX.	F	III. Non.	3	Huperti epiſcopi & confeſſoris. M.
XVIII.	G	Prid. Non.	4	
XVII.	A	Nonis.	5	
XVI.	B	VIII. Id	6	
XV.	C	VII. Id.	7	VVilbrordi epiſcopi & confeſſoris. M.
XIIII.	D	VI. Id.	8	Octaua Omniũ Sanct. f. 4. Coronatorũ mart. M.
XIII.	E	V. Id.	9	Theodori martyris pl. off.
XII.	F	IV. Id.	10	Martini papæ & martyris. M.
XI.	G	III. Id.	11	Martini epiſc. & confeſſ. dup. f. Mennæ mart.
X.	A	Prid. Id.	12	Cuniberti epiſcopi & confeſſoris. M.
IX.	B	Idibus.	13	Brixij epiſcopi & confeſſoris. M.
VIII.	C	XVIII. Cal.	14	Fridolini epiſcopi & confeſſ. M.
VII.	D	XVII. Cal.	15	
VI.	E	XVI. Cal.	16	
V.	F	XV. Cal.	17	☉ in ♐
IIII.	G	XIV. Cal.	18	Octaua B. Martini epiſcopi. M.
III.	A	XIII. Cal.	19	Eliſabeth viduæ. dup. off. Galaſij papæ & cõf. M.
II.	B	XII. Cal	20	
I.	C	XI. Cal.	21	
*	D	X. Cal	22	Ceciliæ virginis Dominicale feſtum.
XXIX.	E	IX. Cal.	23	Clementis papæ & mar. pl. Off. Felicitatis virg. M.
xxVIII.	F	VIII. Cal	24	Criſogoni martyris. Hyems oritur. M.
25. xxVII.	G	VII. Cal.	25	Catharinæ virginis & martyris f.
xxVI.	A	VI. Cal.	26	Illationis S. Mariæ virginis f.
xxv. xxiv.	B	V. Cal	27	Domin. poſt ill. S. Mariæ vir. erit Aduent. Dom.
xxIII.	C	IV. Cal	28	Londolini epiſcopi M.
xxII.	D	III. Cal.	29	Saturnini & aliorum martyrum. Vigilia.
xxI.	E	Prid. Cal.	30	Andreæ Apoſtoli. duplex f.

In die animarum ad meridiem vſque feriandum, ac pro fidelibus defunctis piè orandum.

In vigilia S. Andreæ Apoſtoli ieiunium ex præcepto.

Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori feſto S. Andreæ, vel ipſo die S. Andreæ, ſi in Dominicam inciderit.

DECEM-

DECEMBER

Habet dies XXXI. Luna verò XXX.

Cyclus Epact.	Litteræ Domin.		Dies Menſis.	*Feſta Sanctorum.*
XX.	F	Kalendis.	1	Elegij Epiſcopi & confeſſoris.
XIX.	G	IV. Non.	2	Longini Martyris. Miſſ.
XVIII.	A	III. Non.	3	Vlt. Aduen.
XVII.	B	Prid. Non.	4	Barbaræ virginis martyris.
XVI.	C	Nonis.	5	
XV.	D	VIII. Id	6	Nicolai Epiſcopi & confeſſoris.
XIIII.	E	VII. Id.	7	Octaua Andreæ. Miſſ.
XIII.	F	VI. Id.	8	Conceptionis S. Mariæ virginis.
XII.	G	V. Id.	9	
XI.	A	IV. Id.	10	Damaſi papæ & confeſſoris. Miſſ.
X.	B	III. Id.	11	
IX.	C	Prid. Id	12	
VIII.	D	Idibus.	13	Aucberti Epiſ. & confeſ. Luciæ virginis. iij. ant.
VII.	E	XIX. Kal.	14	Hic imponuntur antiphonæ O ſapientia, &c.
VI.	F	XVIII. Kal.	15	
V.	G	XVII. Kal.	16	
IIII.	A	XVI. Kal.	17	
III.	B	XV. Kal.	18	
II.	C	XIV. Kal.	19	
I.	D	XIII. Kal.	20	Vigilia
*	E	XII. Kal.	21	Thomæ Apoſtoli
XXIX.	F	XI. Kal.	22	☉ in ♑. Solſtitium hiemale.
xxVIII.	G	X. Kal.	23	
xxVII.	A	IX. Kal.	24	Vigilia.
xxVI.	B	VIII. Kal.	25	Natiuitas Domini. ſummum feſt. Anaſtaſij virg.
25. xxV.	C	VII. Kal.	26	Stephani prothomartyris
xxIIII.	D	VI. Kal.	27	Ioannis Euangeliſtæ
xxIII.	E	V. Kal.	28	Sanctorum Innocentum
xxII.	F	IV. Kal.	29	Thomæ Epiſcopi & martyris. Miſſ.
xxI.	G	III. Kal.	30	Dauid regis.
19. xx.	A	Prid. Kal.	31	Silueſtri Papæ & confeſſoris. Miſſ.

Hæc Epacta 19. nunquam eſt in vſu, niſi quando eodem anno concurrit cum numero Aureo XIX.

In vigilia S. Thomæ & Natiuitatis Domini ieiunandum ex precepto, ſicut & feria quarta, ſexta & ſabbatho poſt feſtum S. Luciæ, ptopter quatuor tempora.

In Aduentu quiſq; memor redemptionis humanæ, oratione verbi Dei auſcultatione, abſtinentia, & confeſsione præparet ſe pro ſua deuotione ad ſuſceptionem eius qui pabulum factus animarum, voluit reclinari in præſepio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bekantnuß des Catholiſchen Glaubens.

JCh N. glaub vnd beken̄ mit beſtendigem Hertzen/ alle vnd jede Stück/ ſo im Chriſtlichen Glauben/ den die H. Römiſche Kirch auff dieſe Weiß gebrauchet/ verfaſſet ſeynd. Nemlich: Jch glaub in einen Gott/ Vatter den Almechtigen/ Schöpffer des Himmels vnd der Erden/ aller ſichtbarn vnd vnſichtbarn Dingen. Vnd in einen Herren JEſum Chriſtum/ den eingebornen Sohn Gottes/ auß dem Vatter geborn von Ewigkeit/ GOtt von GOtt/ Liecht von Liecht/ ein wahrer Gott vom wahren Gott/ geboren vnd nit erſchaffen/ gleicher Subſtantz vnd Weſens mit dem Vatter/ durch den alle Ding erſchaffen ſeynd/ welcher vmb vns Menſchen vnd vnſers Heils willen/ vom Himmel herunder geſtigen/ vnd durch den Heiligen Geiſt/ auß Maria der Jungfrawen/ Fleiſch an ſich genommen hat/ vnd iſt Menſch worden. Er iſt auch für vns vnder Pontio Pilato gecreutziget/ hat gelitten/ vnd iſt begraben worden/ vnd am dritten Tag/ laut der H. Schrifft/ widerumb aufferſtanden von den Todten: Er iſt auffgefahren in den Himmel/ ſitzet zur Rechten Gottes des Vatters/ vnd wirdt widerumb kommen mit Herrligkeit zu richten die Lebendigen vnd die Todten/ welches Reichs kein endt wirdt ſeyn. Jch glaub auch in den Heiligen Geiſt/ den lebendigmachenden Herrn/ der vom Vatter vnd Sohn hergehet/ welcher ſampt dem Vatter vnd Sohn zugleich angebettet vnd geehret wirdt/ der da geredt hat durch die Prophetē. Jch glaub auch ein einige heilige algemeine vnd Apoſtoliſche Kirchen. Jch bekenne einen Tauff/ zu vergebung der ſünden/ vnd warte auff die Aufferſtehung der Abgeſtorbenen/ vnd auff ein ewiges zukünfftiges Leben/ Amen.

Alle Apoſtoliſche Geiſtliche Satzungen/ ſampt allen andern Ordnungen vnd Gebreuchen der Catholiſchen Kirchē/ nimme ich an/ vnd halt ſie veſtiglich.

Die H. Schrifft verſtehe ich/ vnd laß ſie zu/ in vnd nach dem Verſtandt/ welchen vnſer heylige Mutter die Chriſtliche Kirch bißher gehabt/ vnd noch helt: Seytemal jhr zugehört/ den wahren Verſtandt vnd Außlegung der H. Schrifft von dem falſchen zu vnderſcheiden.

Ich wil auch gemelte H. Schrifft/ allezeit nach der einhelligen Außlegung der heiligen Vätter/ verſtehn/ annemmen/ vnd nicht anders.

Ich glaub vnd bekenn/ daß wahrlich vnd eigentlich ſieben Sacrament des Newen Teſtaments/ von Chriſto Jeſu vnſerm Herꝛn ſelbſt eingeſetzt/ vnd dem Menſchlichē Geſchlecht ſehr nützlich/ wiewol nicht alle einem jeden Menſchen zur Seligkeit nothwendig ſeynd/ Alsnemblich der Tauff/ Firmung/ das Sacrament des Altars/ die Buß/ letzte Oelung/ die Prieſterweyhe/ vnd die Ehe/ vnd daß durch dieſe Sacrament dem Menſchen Gnad mitgetheilt werde. Auß welchen allen der Tauff/ Firmung/ vnd Prieſterliche Weyhung/ ohn Gottsleſterung/ vnd groſſe Sünd/ nicht mögen widerholt/ vnd zum andernmal gebraucht werden.

Ich nimme auch an/ vnd laß zu/ alle gewöhnliche vnd bewehrte Bräuch/ ſo in der Chriſtlichen Catholiſchen Kirchē bey der öffentlichen herꝛlichen Darreichung/ hochgemelter dieſer Sacramenten/ gebraucht werdē.

Deßgleichen glaub ich auch/ alles ſämptlich vnd ſonderlich/ was vō der Erbſünd vñ Rechtfertigūg des Sünders/ im heiligen allgemeinen Concilio zu Trient erklärt vnd beſchloſſen worden.

Ich bekenn auch vnd glaub/ daß in dem hochheiligen Ampt der Meß/ Gott dem Herꝛn ein wahres/ eigentliches vnd verſöhnliches Opffer für die Lebendigen vnd die Todten auffgeopffert werde. Daß auch in dem allerheiligſten Sacrament des Altars/ warhafftig/ leiblich vnd weſentlich zuge-

gen ſey/der Leib vñ das Blut/mit der Seel vñ Gottheit vnſers Herren JEſu Chriſti/vnd daß die gãtze Subſtantz des Brodts in den Leib/vnd die Subſtantz des Weins in das Blut Chriſti verwandelt werde: welche Wandlung die Chriſtlich Catholiſche Kirch Tranſubſtantiation, das iſt/ ein Verwandlung einer Subſtantz in die ander nennet. Ich glaub auch vnd bekenn/das vnder einerley Geſtalt der gantz vnzertheilte Chriſtus volkommenlich/vnd das wahre Sacrament ſeines Fronleichnams genoſſen vnd empfangẽ werde. Ich glaub auch veſtiglich/das ein Fegfewer ſey/vnd das die Chriſtglaubige Seelen daſelbſten/durch das Fürbit der glaubigen lebendigen Menſchen/Troſt vnnd Hülff empfahen. Item/daß man auch die lieben Heiligen/ſo mit Chriſto regieren/ehren vnd anrüffen ſoll/vnnd daß ſie auch Gott für vns bitten: Darzu auch/daß jhre Heilthumb in ehren ſollen gehalten werden.

Ich halte beſtändiglich darfür/daß man die Bildnuſſen Chriſti/der Mutter Gottes/vnd anderer lieben Heiligen/ haben vnd auffhalten/auch denſelbigen gebürende Ehr vnd Reuerentz erzeigen ſoll.

Ich glaube auch für gewiß/das Chriſtus der Herr den Gewalt des Ablaß/der Kirchen gegeben hab/auch daß deſſelbigen Ablaß Gebrauch der Chriſtenheit gar heylſam ſey. Ich bekenne auch die heilige allgemeyne vnnd Apoſtoliſche Römiſche Kirchen für ein Mutter vnd Meiſterin aller andern Kirchen. Ich verſprich auch/vnd gelob mit dẽ Schwur wahre Gehorſam dem Römiſchen Biſchoff/als des heiligẽ Petri oberſten Apoſtels Nachkömbling/vnd des Herrn Jeſu Chriſti Statthaltern. Dergleichen alle andere ſtück/ſo von den heiligen Canonen vnd algemeynen Concilien/fürnemlich aber von dem heiligen Trientiſchen Concilio/auffgeſetzet/verordnet/vnd beſchloſſen worden/bekeñ vnd nimb ich vnzweiffentlich an. Hergegen aber alle Irthumben/ Lehr/Stück/vnd Ketzeryen/ſo von gemeldter Catholiſcher

Kirchen bißher verdampt/verworffen vnd werflucht ſeynd/ oder nachmals verdampt/verworffen vnd verflucht ſollen werden/die verdamẽ/verwerffe/vñ verfluch ich ebenmeſſig.

Dieſen wahren Catholiſchen Glauben/auſſerhalb welches niemand ſelig kan werden/den ich da in gegenwertigkeit freywillig bekenn vnd warhafftig halte/wil ich auch (mit hülff Gottes) biß an mein letztes end/gantz vnwiderſprechlich/vnuerwirzt/vnd vnuerletzt/halten vnd bekennen.

Ich wil auch/ſouiel mir müglich/allen Fleiß fürwenden/daß dieſer recht vnd warhafftig Glaub/von meinen Vnderthanen/vnd allen denẽ/ſo mir vnder mein Sorg befohlen ſoll gehalten/gelehret/vnd geprediget werden. Daß verheiſſe/gelob vnd ſchwer ich N. So helff mir Gott vnd die heiligen Gottes Euangelia.

OBSERVANDA QVÆDAM AB his qui populum ſunt docturi in diœceſi Paderbornenſi.

QVandoquidem à primis vſq; Eccleſiæ temporibus fideles ſemper maximam pietatis exercendæ vim in ſacroſancto ac verè propitiatorio ſacrificio meritò poſitam crediderunt. Curatores animarum ante omnia indefeſſum adhibeant ſtudium, vt ſibi creditum populum per frequentes admonitiones excitent promptumq; faciant, abſoluta concione finem Miſſæ cum ſilentio præſtolari, & ad ea quæ in concione audiuerunt, implenda, gratiam & facultatem a Chriſto Domino, tamq̃; præſente, cũ ſyncera animi attentione poſtulare. Duo autem potiſſimum ad hoc obtinendum iuuabunt. Primò ſi frequenter iuxta mandatum concilij Tridentini, aliquid ex ijs quæ in Miſſa leguntur vel tractantur exponant. Deinde ſi munditiem & ornatum decentem in altaribus curent. Si Lintea ſacra ſi purificatoria, ſi corporalia, veſtes, vrceolos & quæcumq; alia ad huius ſacrificij confectionem neceſſaria quam nitidiſſima ſeruent. An enim non ſcandaloſum ne dicam ingens peccatum, Chriſtum Dominum quem mortuum ſyndoni mundæ Ioſeph impoſuit, iam viuum & nunquam moriturum a Parocho ea immunditia tractari, quæ ne in prophanis quidem deceat? quam ne domi ſuæ toleres?

Deinde elaborent curentq; quàm diligentiſſimè vt ſana & incorrupta Eccleſiæ Catholicæ doctrina conſtanter vtantur.

Caueant ne more Hæreticorum nimis longi & faſtidioſi ſint in exordijs & concluſionibus ſuarum cõcionum, tempus omne, Miſſæ audiendæ reliquum, inutiliter perdentes fatigantesq; infinitis orationum titulis auditores. ſed potius breuiter in ijs ſe expediant & hac ſubiecta formula vel ſimili communiter vtantur.

FORMV-

FORMVLA GENERALIS QVA PAROCHI ANTE & poſt concionem vti poterunt.

I.

Ante concionem faciant ſignum Crucis, dicendo:

Im Namen des ✠ Vatters / vnd des ✠ Sohns / vnd des Heiligen ✠ Geiſts / Amen.

II.

Citent Euangelicam aliquam ſententiam Latinè & Germanicè.

III. Incipiant

GNad / Fried vnd Barmhertzigkeit von GOtt dem Himliſchen Vatter ſeinen eynigen gebornen Sohn Jeſu Chriſto / ſampt dem Heiligen Geiſt / ſey vnd bleib mit vns / von nun an biß in ewigkeit. Amen.

IIII.

Die Wort ſo ich E. Lieb vnnd Andacht vermeldt habe / ſeyn gezogen auß dem heutigē H. Euangelio / ꝛc. von welchen etwas weiters zu vnſer aller Geiſtlichen aufferbawung / Troſt vnd Lehr zu reden / willen wir einhelliglich die Gnad Gottes begehren / vnd ſprechen ein andechtiges Vatter vnſer / vnd ein Engliſchen Gruß / ꝛc.

V.

Poſt orationem legant Euangelium præmiſsis hiſce verbis.

Zeichnet euch mit dem Zeichen des heiligen Creutz / vnd höret das heilig Euangelium / welches vns beſchreibt der heilig Euangeliſt vnd Cantzler Chriſti N. vnd ſtehet in dieſen nachfolgenden Worten.

Finita concione.

I.

WEil wir dann im HErrn verſamlet / ſein gnadenreiches heylſames Wort haben angehört / ſo laſt vns abermain zu dem Thron der Gnaden vnſere Hertzen wenden / vnd die heilige hochgebenedeyte Dreyfaltigkeit auff das allerdemütigſt anruffen / auff daß der außgeworffen Same Göttliches Worts / möge in vnſern Hertzen hundertfeltige Frucht bringen / heilſamlich wachſen / gedeyen vnd zunemmen / darmit wir in der Gnaden Jeſu Chriſti vnſers Heylands / geſterckt in dem Weg vnſer Pilgerfahrt nit erligen / ſonder beharzlich wandern in das ewig Vatterlandt.

II.

Laſt vns auch inniglich bitten für vnſere von Gott fürgeſetzte Oberkeit / Geiſtlich vnd Weltlich. Für Päbſtliche Heiligkeit. Für Keyſerliche Majeſtet. Für vnſeren Hochwirdigen vnd Gnedigen Landfürſten vnd Herrn. Für ſeine Ehrwürdige vnd hochweiſe Stendt / ſamptliche Räth / Cleresey / Burger vnd Vnderthanen dieſes Stiffts / daß Gott dieſelbige genädiglich wölle bey einer langwirigen fridlichen vnd Gottſeligen Regierung friſten vnd erhalten / ſie auch an Leib vnd Seel mit aller Glückſeligkeit begaben / auff daß ſie in allen Dingen dem Willen Gottes beſtendig nachſetzen / vnd alſo zu letzt das ewig Leben mögen erhalten. Solches zu erhalten laſt vns mit aller andacht ſprechen ein Vatter vnſer / vnd Ave Maria ꝛc.

III.

Recitent generalem confeſsionem.

JCh armer ſündiger Menſch widerſag dem böſen Feind / allem ſeinen eingeben Rath vnd That. Jch glaub in Gott den Vatter / in Gott dē Son / vnd in Gott den Heiligen Geiſt. Jch glaube gäntzlich was die gemeyne Chriſtliche Kirch beſiecht zuglauben. Mit dieſem heiligen Catholiſchē Glaubē beicht ich / vñ bekenne Gott dem Allmechtigen / Mariæ ſeiner Hochwirdigen Mutter / allen lieben Heyligen / vnd gib mich ſchüldig / daß ich von meinen Kindlichen Tagen an biß auff dieſe gegenwertige Stundt / offt vnd viel geſündigt hab / mit Gedancken / Worten / Wercken / vnd vnderlaſſung vieler guten Wercken / wie dann ſolches alles geſchehen iſt heimlich oder öffentlich / wiſſentlich oder vnwiſſentlich / wider die Zehen Gebott / in den ſiben Todſünden / an den fünff Sinnen meines Leibs / wider Gott / wider meinen Nechſten / vnd wider das Heyl meiner armen Seel. Solche vnd alle meine Sünd ſeynd mir leyd von Hertzen. Bitte darumb demütiglich dich ewigen / barmhertzigen Gott / du wolleſt mir dein Göttliche genad verleyhen / mein Leben friſten ſo lang / biß daß ich hie alle meine Sünd möge beichten vnd büſſen / deine Göttliche Huld erwerben / vnd nach dieſem ellenden Leben / die ewige Frewd vnd Seligkeit erlangen. Derhalben klopffe ich an mein ſündiges Hertz / vnd ſpreche mit dem offenen Sünder: O HERR Gott biß gnedig mir armen ſündigen Menſchen / Amen.

IIII.

Dent generalem abſolutionem Latinè vel Germanicè.

Miſereatur veſtri, &c. Indulgentiam abſolutionem & remiſsionem omnium peccatorum veſtrorū, tribuat vobis omnipotens & miſericors Dominus.

V.

Vltimo. Annuncient Feſta, vel alia quæ occurrunt populo denuncianda.

SI quando autem de ſanctis agendum fuerit feſtiuis illorum diebus, fidelem populum memorem faciant beneficiorum quæ per Sanctos collata ſunt, oſtendantq́ ex probatis auctoribus, quanta per eos Dei miracula & exempla oculis fidelium ſubycantur: vt his quaſi ſtimulis excitati, inflāmentur ad virtutes, refrænentur à vitiis: imm verò etiam doceant, quemadmodum eos venerari eorumq́ interceſſionem petere debeant.

Omnis Parochorum opera cum decenti grauitate in iis verſetur, quibus auditores doceant intima cordis pietate Deum colere & quod cum eo coniunctum eſt, mandata eius & Eccleſiæ præcepta ſanctè & integrè obſeruare. Magiſtratui & præpoſitis ſuis obedire. Hoc autem quò faciliùs aſſequantur crebrò ad ſanctiſſimorum ſacramentorū vſum, pœnitentiæ ſcilicet & Euchariſtiæ cohortentur.

Quoniam autem paruulorum & rudiorum ſingularis habenda eſt ratio, in fidei myſteriis & vitæ præceptis inculcandis, laudabile eſſet, in pagis præſertim, vbi ſcholæ non ſunt, ſi Parochi zelo animarum inflammati, è ſuggeſtu, quando communiter orandum eſt, clara & intelligibili voce recitarent Pater noſter. Aue Maria. idq́ vernaculo ſermone. Deinde Dominicis & Feſtiuis diebus à meridie Rudimenta fidei traderent, ſumpta eius rei norma ex Catechiſmo ſub finem Agendæ iuſſu Reuerendiſſimi Principis noſtri ad hunc vſum collocato.

Præfecti Magiſtratus Prætores aliiq́, quibus id incumbit, in his quæ ad cultum Dei retinendum & augendum pertinent, authoritatem ſuam, à parochis præſertim moniti interponant, vt turba otioſa & malè feriata, tempore diuinorum officiorum è tabernis, è foro, è plateis abigatur & compellatur diuinis vſq́ ad finem intereſſe, pœna in tranſgreſſores cōſtituta, ne in hac parte infidelibus & hæreticis remiſſiores inueniantur.

De prædicandi munere.

Sint Parochi quoq; prouidi, ne aliquem vel apertè vel tacitè è ſuggeſtu perſtringant nominatè, ſed omnia prudenter eò dirigant, vt auditores intelligant non hominũ ſed peccati odio cuncta dici. Porrò eos, qui in ſublimiori honoris gradu poſiti ſunt, acerbius ne tangant quidem, ſed leni potius & plena charitatis cohortatione vel commiſeratione eos ſui officij memores faciant. In vitijs autem exagitandis vehementia ſemper adhibenda eſt.

Eorum quæ docent, lumen præferant fideli populo virtutis & innocentiæ. Oues ſuas præcedant & certum ac directum ad cœlum iter ſimul ingrediantur adeoq; exemplo ſuo commonſtrent. Nihil enim maiorem hodie parochorum contemptum parit atq; eorum in vita turpitudo & in moribus impuritas & leuitas.

Itaq; quod caput eſt, in eo Parochi omnem curam & cogitationem ſuam dies noctesq; ponant oportet, vt caſta & pura mente corporis caſtitatem iugiter ſectentur, cogitantes paratas á diuina iuſtitia pœnas minimè defuturas ijs, qui corpora ſua Christo & æternæ pudicitiæ conſecrata, caſta puraq; non conſeruarint. Non igitur concubinas ſolum, ipſas impudicitiæ ſordes, ſed etiam quaſcunq; mulieres, de quibus vel ſuſpitio haberi poteſt, æternæ vitæ amore á ſe remouere ſtudeant.

Libros neceſſarios habeant vt Breuiarium, quod quotidie deuotè recitent, vtpote mortali culpæ obſtricti, quoties citra legitimam cauſam omittunt. Biblia item, Concilium Tridentinum, Catechiſmum Romanum, Catechiſmum Caniſij Maiorem, vnum vel alterum in nouum Teſtamentum ex patribus commentatores & Homiliarios quos vocant pro Dominicis & Feſtis, Compendium de vitis Sãctorum Surij vel Hareï. Nauarrum vel Toletum pro caſibus conſcientiæ. Enchiridion Theologiæ Paſtoralis Petri Binsfeldij, &c.

Conficiant ſibi peculiarem librum, qui inſtar Catalogi ſit, omnium fidei ſuæ commiſſorum, maximè patrum & matrum familias, in quo tanquam in ſpeculo vultum ſui pecoris vno quaſi complexu intueantur norintq;, quos errantes reducere, quos pigros excitare, quos egenos & afflictos conſolari iuuare & diuitibus commendare opus ſit.

Rixas odia & ſimultates tollere ſtudeant, animi manſuetudinem potiſſimum erga peccatores oſtendant, ne dum mederi cupiunt, auſteritate intempeſtiua impudentiam & deſperationem vel etiam contemptum injiciant. Sæpè enim beneuolentia plus efficit quam comminatio, plus charitas quàm poteſtas. Cauendum tamen ne nimis ſint faciles & familiares atq; ita ſuam exiſtimationem in contemptum adducant, quod fieri ſolet recreationibus corporis etiam non malis, iocis, facetijs, ſolutiore animo exhibitis.

At cogitent ſecumq; reputent, quantam labem ſibi aſpergant & quam atras tenebras ſuo honori offundant, qui tabernas adeunt, ad æquales hauſtus prouocant, ludunt, ludentesq; ſpectant, ridicula interponunt, vagantur, curſitant choreis & tripudijs ſe adiungunt. Hæc & ſimilia efficiunt, vt non ſolum auctoritas omnis parochorum ſed etiam fructus animarum funditus conculcetur & pereat.

Reliqua quæ in hac re prouidenda eſſe videntur, ſequentibus informationibus Sacramentorum paſſim inſerta ſunt. Reſtat igitur vt nihil horum ſegniter, ſed omnia inſigniter expediant præſtentq;, quo tandem, poſtquam hiſce laboribus pro Chriſti gloria & animarum ſalute perfuncti, diem ſuum obierint, digni ſint, qui cum Chriſto principe paſtorum æuo ſempiterno perfruantur.

* * *

CHRISTUS LOQUITUR
1 Ve pastoribus, qui pas-
3 Ve pastoribus, qui disper-
5 Pastor meus es, et omnem
7 pastor bonus animam suam
cunt semetipsos. Ezech: 34.
dunt gregem pascuæ meæ. Ierem: 23
uoluntatem meam complebis. Isa: 44
ponit pro ouibus suis. Ioan: 10.
PASTOR RESPOND
2 Ego pascam oues meas. Ibidem
4 Ego congregabo reliquias gregis mei. Ibid.
6 Ego sum bonus pastor; saluabo gregem meum et non erit in rapinam. Ioan: 10. Eze: 34

CATHOLICAE AC BREVES QVÆDAM INSTRVCTIONES, QVIBVS PASTORES AD SACRAmentorum adminiſtrationem, & quarumuis rerum Benedictionem ritè ac religioſe peragendam iuuari poſſunt.

DILIGENTIA IN PASTORE REQVISITA.

SIT in primis Sacerdos animarum curam gerens diligentiſsimus in adminiſtrandis Sacramentis, neque vlli vnquam officio deſit, pro paupere æquè atq; pro diuite ſollicitus, ne ſua culpa vel negligentiâ pereat anima, quam Chriſtus Dominus tanti fecit, vt pro illa ſanguinem ſuum precioſum effundere dignatus eſt.

SACRAMENTORVM DIGNITAS.

Sacramenta omnia cum à Chriſto redemptore humanæ ſalutis cauſa inſtituta ſint atq; á precioſo eius ſanguine ceu viuo fonte defluxerint: non pro nudis tantum ceremonijs habenda, ſed ſumma pietate ac veneratione colenda ſunt, vti ſigna efficaciſsima & inſtrumenta diuinæ virtutis. Conferunt enim gratiã admirabilem, non ex naturali aliqua rerum, quibus in eis adminiſtrandis vtimur, virtute, neq; ex miniſtri merito, ſed ex nuda Chriſti inſtitutione, gratia & merito.

REVERENTER EA ADMINISTRANDA ET SVSCIPIENDA.

QVare omni ſtudio ac diligentia eniti debent Chriſtiani, tum Sacerdotes, vt ea ritè conficiant, reuerenterq; adminiſtrent: tum populus ipſe, vt, qua par eſt reuerentia, ad ſalutem recipiat.

QVALES SACRAMENTORVM MINISTRI.

CVrent autem miniſtri, vt cum ex ſanctis Patribus, tum ex Sſ. Concilio Tridentino, ac Catechiſmo Romano & ipſi, quæ ad hanc functionem neceſſaria ſunt, probè intelligãt, & eadem alios doceant. Deinde, vt tales vita & moribus ſeſe præſtent; ne ipſorum improbitate ſacramentorũ dignitas & maieſtas temerè violetur, néue, dum eorũ miniſterio aliorum ſalutem procurant, ipſi ſuam perdant, cum maledictum eum Propheta denunciet, qui opus Domini facit negligenter. Sint proinde ſemper animo & corpore bene compoſito, nec vnquam cum peccati mortalis conſcientia illa conficiant & adminiſtrent. Quamuis enim illorum demerito ſacramentorum vis non minuatur, ſanctos tamen eos eſſe oportet, qui tam ſancti Domini, & in rebus tam ſanctis tanto miniſterio perfunguntur.

Iere. 48.

MINISTRORVM HABITVS.

SInt quoque tonſura clericali vel ſacerdotali atq; decenti veſte, ſuperpelliceo quoque atq; ſtola, dum ea adminiſtrãt, aut quicquam ſacrũ tractant aut benedicunt, ornati.

Paſtorem ſemper Clericus comitetur, qui etiam (ſi fieri poteſt) clericali veſte ac ſuperpelliceo ornatus miniſtret, & precanti ſacerdoti totius Eccleſiæ nomine reſpondeat.

MINISTRI GRAVITAS AC CIRCVMSPECTIO circa Sacramenta ac cæremonias.

CAueant dicti ſacramentorum miniſtri ne ex præſcriptis rubricis vel regulis, quando ea adminiſtrãt, vel quodcunq; benedicunt, quicquam immutent, ſed verba omnia præſertim ſacramentalia pronuncient integrè, grauiter, diſtinctè, ac intelligibili voce, & in cęremonijs tam religioſè ac prudenter ſeſe exhibeant, vt populo Dei interna & externa pietate (quã verbis, ſignis & ritibus referant ac præſtent) exemplo ſint & ædificationi, ne, quod multis vſu venire deprehenſum eſt, ex miniſtrorum indecentia, neglectu & irreuerentia ipſum miniſterium & ſacramenta in contemptum veniant ac vituperium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ADMINISTRANDORVM SACRAMENTORVM LOCVS.

NOn alibi quàm in loco ſacro, niſi cauſa vrgens ſubſit, Sacramenta adminiſtrentur, cuiuſmodi ſemper eſt in Sacramento extremæ Vnctionis, quæ nō niſi infirmis, & de quorum periculo vitæ metuitur, conferri debet. Nec in alia quàm parochiali Eccleſia cuiq; propria, niſi ſint, qui ex priuilegio poſsint in ſuis Eccleſijs ea miniſtrare.

ILLICITAE PACTIONES OMNES CAVENDAE.

CAueant Paſtores diligentiſsimè ab omni pactione illicita, & contractu Simoniaco in omni miniſterio eccleſiaſtico. Poſſunt tamen, quod libenter offertur, accipere, & quod ex laudabili conſuetudine debetur, poſt præſtitum miniſterium exigere.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

SAcramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma atq; ſignum, ita, vt eius imaginem gerat, & cauſſa exiſtat. Nam Sacramentum, vt ait S. Auguſt. eſt, in quo ſub tegumento rerum viſibilium, diuina virtus operatur ſalutem.

DE MATERIA ET FORMA Sacramentorum.

1. In omni Sacramento eſt ſignum viſibile, ſiue ſenſibile, hoc eſt, quod ſenſu aliquo exteriori deprehenditur, & præcipuè viſu & auditu. Et hęc ſigna conſtant ex materia & forma: ſiue, vt dicit D. Auguſt. ex elemento & verbo. Accedit, inquit, verbum ad elementum, & fit Sacramentum.

2. Hæc duo neceſſaria ſunt ad veritatem & integritatem cuiuſq; Sacramenti, vt ſi alterum deſit, non poſsit conſtare ratio ſacramenti. Propterea in ſacramentis Paſtores diligentes eſſe debent, vt non ignorent materiam & formam ſacramentorum. Hæc enim pertinent ad neceſsitatem, alia ad ſolemnitatē quæ tamen prętermittenda non ſunt, niſi in mortis & neceſsitatis articulo.

DE EFFECTV.

Effectus Sacramentorum eſt gratia: licet enim Deus ſit author & largitor gratiæ, vt cauſſa principalis, vtitur tamen Sacramentis, vt cauſſa inſtrumentali. Dum enim Sacramēta adhibentur, ex Chriſti promiſsione, inſtitutione, ac virtute paſsionis eiuſdē (niſi obicē ponant) gratia ſuſcipientibus confertur pro diuerſitate ſacramentorum diuerſa.

DE CHARACTERE

Alius eſt effectus Sacramentorum, non quidem omniū, ſed trium tantū, videlicet Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis, qui dicitur Character; & eſt ſignū quoddā inuiſibile, quod animæ, ſuſcipientis talia ſacramenta, imprimitur: & quia eſt indelebile, nunquā illa ſacramenta poſſunt iterari, neq; propter peccata, neq; propter hæreſim, aut vllā infidelitatē.

DE MINISTRO.

DEVS eſt author & inſtitutor Sacramentorum, homo verò miniſter & diſpenſator. Et quia illud, quod eſt effectus ſacramenti, nō impetratur oratione miniſtri, ſed ex merito paſsionis Chriſti, ideo non datur melior effectus per meliorem miniſtrum. Vnde D. Auguſt. ſuper illud Ioan. Super quem videris, &c. Quid tibi facit bonus miniſter, niſi bonus Dominus?

PECCANT GRAVITER MALI MINISTRI adminiſtrando Sacramenta.

MInistri Sacramentorum ſancti eſſe debent; ſicut Dominus ſanctus eſt: quare ad irreuerentiā Dei pertinet quando indignè ſacramenta tractant; & grauiſsimè peccant, qui cum conſciētia peccati mortalis quodcunq; ſacramentum conficiunt vel adminiſtrant.

A MALIS MINISTRIS LICET ACCIPERE SACRAMENTA.

QVamdiu tolerantur ab Eccleſia mali miniſtri, ſe tantū lædunt, non alios, ſacramenta adminiſtrando: quemadmodum fax accenſa, inquit Nicolaus Papa, ſibi detrimentum præſtat, alijs verò lumē in tenebris adminiſtrat. Quando autem mali miniſtri præciſi ſunt ab Eccleſia, hoc eſt, excommunicati vel nominatim, vel propter violentam & notoriam

verberationem Clerici, vel alioquin degradati, aut ſuſpenſi nominatim, non licet ab eis ſacramenta accipere; quia communicaremus peccatis alienis.

DE INTENTIONE.

IN miniſtro requiritur intentio id faciendi, quod facit Eccleſia; quæ intentio exprimitur per verba, quæ in ſacramentis dicuntur: vt cũ dicitur, Ego te baptizo in nomine patris, &c. Fides tamẽ miniſtri recta, neceſſaria nõ eſt, ſicut nec bonitas; quia nõ agit in virtute propria, ſed in virtute Chriſti. Vnde hæretici, & alij infideles, quando ſeruant formã Eccleſiæ, & proponunt facere id, quod facit Eccleſia catholica, licet id credant nihil eſſe; poſſunt verum baptiſmum conferre.

DE SACRAMENTORVM NVMERO.

EX inſtitutione Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſeptem ſunt Sacramenta nouæ legis, in Scripturis ſanctis promulgata: neq; plura, neq; pauciora: quæ ſanctorum Conciliorum authoritas comprobauit, & tota per orbem Chriſtianum iam inde ab initio ad hæc vſq; tempora obſeruauit Eccleſia Catholica: Videlicet Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. Concil. Florent. Conſtã. ſeſſ. 15. & Trid.

Hæc, vt diximus, efficaciam ex virtute paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumunt, & ex bona Dei voluntate ad ſalutem nobis ſeruiunt, velut apta inſtrumenta, per quæ meritum paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti nobis applicatur, & varia diuinæ gratiæ dona in nos deriuantur.

DE SACRAMENTO BAPTISMI catholica inſtructio.

BAptiſmus eſt ſacramentum regenerationis per aquam in verbo. Accedit enim verbum ad elementum (inquit Auguſt.) & fit ſacramentum.

2 Sine hoc, re vel voto ſuſcepto, cum ſit ianua & fundamentum aliorum Sacramentorum, ſine quo reliqua Sacramenta ſuſcipi minimè poſſunt; nemo ſaluari poteſt, aut cũ Eccleſia Catholica communionem vllam habere, immò nec in cœmiterio fidelium ſepeliri.

3. Vt nec bis naſci, ſic nec renaſci per Baptiſmum idem bis poteſt.

4. Sacramentum hoc, præter verbum & elementum, ſiue formam & materiam, vt vocant, neceſſariò requirit miniſtrum & recipientem, cum intentione debita, quorum vel vno deficiente, Sacramentum eſſe non poteſt.

5. Quauis parte naturalis diei, Baptiſmus ritè confertur, id eſt, quouis tempore.

DE MATERIA BAPTISMI.

1. Materia eſt aqua naturalis, qualis eſt putei, fluuij, maris, fontis, paludis, pluuiæ.

2. Extra neceſsitatem Bàptiſmus in aqua, Chriſmate nouo illius anni (nam Chriſma & oleum præcedentis anni comburenda ſunt) & ſacerdotis ſolemni benedictione & oratione, ſingulis annis, ſabbatho ſancto, Paſchæ, & in vigilia Pentecoſtes ſanctificata, abſq; grauiſsimo peccato conferri nequit.

DE FORMA BAPTISMI.

1. Forma Baptiſmi (quã verbum vitæ vocat Apoſt.) eſt; N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

2. Quauis lingua, forma proferri poteſt (immò Parochi laicos, ſiue obſtetrices diligenter docere debent, vt vernaculo ſermone in neceſsitate baptizent: Jch täuffe dich/ im Namen des Vatters/ vnd des Sons/ vñ des H. Geiſts) quamuis à ſacerdote in Eccleſia Latina & Romana, Latinè tantum debeat pronunciari.

DE MINISTRO BAPTISMI.

1. Proprius miniſter huius Sacramenti eſt Epiſcopus, vel Parochus & Sacerdos, quem hi ſubſtituunt. Diaconis verò, ſine Epiſcopi aut Parochi licentia, nõ licere ordinariè baptizare quenquã, plurima ſanctorũ Patrũ teſtimonia probant.

2. Cogente ſumma neceſsitate, ſine ſolemnibus ceremonijs baptizare poſſunt Laici, Iudæi, Pagani, Fœminæ, Pater, Mater. 30. q. 1. can. Ad limina, etiam Hæretici, modò ſeruatis legitimis forma & materia, velint hoc facere, quod Eccleſia Catholica in hac ablutione intendit. Notandum tamen

men quòd præſente viro non debeat baptizare mulier, nec laicus præſente clerico, neq; clericus coram ſacerdote, neq; hæreticus ſiue ſchiſmaticus in præſentia Catholici, neq; infidelis ſiue Iudæus in præſentia Chriſtiani, neq; ſacerdos extra neceſsitatē, niſi ſit Parochus, aliàs efficietur irregularis, De cler. non ord. can. 1. Immò ſacerdos non debet aliquē baptizare niſi ſit eius parochianus. 16. q. 1. can. Interdicimus.

3. Parochus baptizatorū & patrinorum nomina libro Eccleſię inſcribat, ſicut ea inſcribuntur libro vitæ Eccleſiæ triumphantis, doceatq; ea, quæ infra habentur de Patrinis.

4. Baptizantis Iudæ, vel cuiuſuis miniſtri improbitas, non impedit huius ſacramenti virtutem & efficaciam, quoniam à Chriſto, non à miniſtris dependet.

5. Sacerdos cum ſolemnibus cæremonijs, extra caſum neceſsitatis (quo etiam Iudæus poſſet baptizare) in peccato mortali baptizans, peccat mortaliter.

6. Extra neceſsitatem ſolemniter baptizans, niſi Parochus ſit, peccat: valet tamen baptiſmus.

7. Miniſter, qui ſemper vnus eſſe debet, ſolemniter batizans, ſtolam ad collū habere debet, indutus ſuperpelliceo.

8. Nemo ſeipſum baptizare poteſt.

DE SVSCIPIENTIBVS BAPTISMVM.

1. Omnes, qui nati ſunt homines, renaſci per Baptiſmū poſſunt, & poſt obligationem promulgatam baptiſmi, ex Dei præcepto baptizari tenentur. Pueros autem ab Apoſtolorum temporibus, ſemper baptizauit Eccleſia Romana & Apoſtolica, & quò citius confertur eis, tantò ſecurius fit, propter naturæ imbecillitatem, qua facilè moriuntur; non tamen, antequam extra ventrem matris appareant. De conſ. diſt. 4. can. Si ad matris. neq; enim quod necdum natum eſt renaſci poteſt.

2. Et quoniam interdum accidit, vt propter periculum mortis aliqua corporis parte extra matris ventrē apparente, eiuſmodi puer ab obſtetrice, ſeu alia quacunq; perſona baptizetur, eiuſmodi caſu emergente diligenter inqui-

rat Paſtor, quæ pars pueri apparuerit, & tincta fuerit: nam ſi caput, pars totius corporis præcipua, & in qua vigent omnes ſenſus, apparuerit, & baptizatum fuerit ſeruata Eccleſiæ forma, communi Doctorum iudicio verus & perfectus baptiſmus eſt, adeò vt cum totus puer egreſſus fuerit, non ſit iterum baptizandus, ne quidem ſub conditione. Sin autem alia quælibet pars excepto capite emerſerit, & tincta fuerit, licet apud Deum fortè baptiſmus ſit verus & integer, & pueri corpuſculum ſit in ſacro loco ſepeliendum, ſi extractum fuerit mortuum: tamen ſi totus puer poſtea matris vterum egreſſus viuus extiterit, baptizandum erit ſub conditione, propter humanam incertitudinem. Matre mortua licet, ſi puer viuus extrahi poteſt, baptizetur.

3. Pueri infidelium, inuitis parentibus, baptizandi non ſunt, ante vſum rationis.

4. Amentes & furioſi, qui nunquam habuerunt vſum rationis, etiam repugnantes, baptizantur vt pueri: qui aliquando vſum rationis habuerunt, & ſani baptiſmum petierunt, etiam in amentia baptizandi ſunt.

5. Monſtra, quibus ſunt duo capita, pectora duo, tanquam duo homines baptizandi, idq; ſemper, ſi certum ſit, ibi eſſe duas animas rationabiles: Si verò dubitetur, tunc vnus illorum abſolutè, alter ſub conditione baptizandus eſt.

6. Adulti infideles baptizari poſſunt, ſi petant baptiſmum & non perſeuerent in voluntate peccandi, quamuis diu multumque docendi & probandi (niſi neceſſitas aliud ſuadeat) ne ficto animo accedentes, & ignorantes myſteria fidei, tandem cum dedecore deficiant.

7. Expoſiti & inuenti infantes, de quorum baptiſmo dubitatur, poſſunt, & debent baptizari ſub conditione: N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen

DE EFFECTIBVS BAPTISMI.

1. Præcipui effectus Baptiſmi aquæ quatuor eſſe traduntur: quorum primus eſt Gratia, qua remittitur peccatum Originale, etiam Actuale in adultis.

2. Secundus eſt, totius pœnæ, futuri ſæculi, quæ peccatis debetur, Remiſsio.

3. Tertius autem eſt Character, quo traditur poteſtas omnia recipiendi ſacramenta, quæ ſine baptiſmo præcedente, conferri non poſſunt.

4. Quartus eſt ablatio irregularitatis omnis, præter eam quæ ex bigamia vel natalium defectu naſcitur; non tamen aufert obligationem aliam circa perſonam.

Operationem porrò & virtutem Baptiſmi cum aliç, tum verò hç Scripturarum ſententiæ indicant:

Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. *Marc. 16.*

Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. *Ioan. 3.*

Baptizetur vnuſq; veſtrum in nomine Domini noſtri Iesv Christi, in remiſsionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti *Actor. 2.*

Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Iesv Christi, & in ſpiritu Dei noſtri *1 Cor. 6.*

Christvs dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. *Epheſ. 5.*

Cum benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Iesvm Christvm Saluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. *Tit. 3.*

DE SOLEMNITATIBVS BAPTISMI.

1. Sacras cęremonias & ritus Baptiſmi, ſine neceſsitate omittere aut mutare ſacrilegium eſt. Quòd ſi propter aliquam neceſsitatem, aut hæreſin omiſſa fuerint, ſtatim cum id fieri poteſt, adhibeantur, idq; in loco ſacro. Nam ſicut Baptiſmus, ſic Baptiſmi ſacrę cęremonię in Eccleſia tantum ſuſcipiendæ ſunt.

2. Solemnitatem harum quædam Baptiſmum antecedunt, videlicet Catechiſmus, qui eſt inſtructio fidei, quam baptizandus debet profiteri: Exorciſmus, cuius tres ſunt cęremoniæ, Exſufflatio ſcilicet, qua Dæmonis ſignificatur expulſio: Salis in os Immiſsio, ad denotandam ſapientiam, qua opera Chriſtiana debent eſſe condita Saliuæ quoque baptizandi auribus & naribus Appoſitio, ad denotandam ſpiritualium ſenſuum apertionem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. Antecedit quoque Baptiſmum Vnctio baptizandi in pectore & in ſcapulis, quæ fit oleo Catechumenorũ, quod oleum ſanctum, ſiue ſalutis vocatur, nimirum propter ſpiritualem ſalutem, quam baptiſmus operatur.

4. Quædam etiam Baptiſmum conſequuntur, quarum vna eſt, ſincipitis Signatio Chriſmate ſancto, per quam denotatur ius collatum ad gloriam futuram, & præparatio cuiuſq; Chriſtiani ad reddendã rationem de ea, quæ in ipſo eſt, fide. Altera verò eſt, veſtis candidæ Traditio, ſtatum innocentiæ baptiſmi ſignificantis. Vltima eſt, accenſæ candelæ in manum baptizati Porrectio, fidem per opera lucentem denotantis.

EXORCISMVS.

5. Quamuis autem per Baptiſmum peccata omniſq; pœna futuri ſæculi illis debita dimittantur, non ob id tamen exorciſmus aliæue præſcriptæ cæremoniæ iam baptizato inutiles & ſuperfluæ cenſendæ ſunt, quoniam præter quod conſeruandę vniformitati, quam ſemper Eccleſia magni fecit, ſubſeruiant, etiam valent (pręſertim exorciſmus) contra internas & externas Dæmonis infeſtationes, & ad augmentum gratiæ baptiſmalis. Nam dæmones niſi exorciſmi virtute poteſtas eis reprimeretur, non ſolum baptizandos impedire, fructuq; baptiſmi fraudare, ſed & baptizatos multis modis impugnare atq; infeſtare, Domino id permittente, poſſunt.

DE PATRINIS SEV SVSCEPTORIBVS.

1. Nulla ratione patietur Paſtor à ſuſceptoribus vel parentibus baptizando imponi nomen ridiculum, ethnicum, aut aliàs quomodocunq; profanum, ſed tantum ſancti vel ſanctæ alicuius in Eccleſia celebris, cuius patrocinio adiuuari, & exẽplo ad ſtudiũ pietatis prouocari baptizatus poſſit.

2. Horum officium eſt admonere eos, quos tenuerunt, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, & charitatem teneant, & ante omnia Symbolum & Orationem Dominicam, Decalogum etiam, & quæ ſunt prima Chriſtianæ religionis rudimenta docere. De conſ. diſt. 4. can. Vos autem.

præſertim ſi parentes vel eis deficiant, vel aliàs ſui officij im- memores & negligentiores exiſtant.

III. Excommunicati, infideles, hæretici, Abbates, Priores, Guardiani, omneſq́; religioſi ac religioſæ, parentes quoque carnales, patrini eſſe non poſſunt. De conſ. diſt. 4. can. Non licet.

IV. Vnus tantum ſiue vir, ſiue mulier iuxta ſacrorũ Canonum inſtituta, vel ad ſummũ vnus & vna, baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, inter quos, & baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, ſpiritualis cognatio contrahitur. Parochus autem, antequam ad baptiſmum conferendum accedat, diligẽter ab eis, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizandũ de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum vel eos tantum ad illum ſuſcipiendũ admittat, & in libro eorum nomina deſcribat, doceatq́; eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excuſari valeant. Quòd ſi alij, præter deſignatos & adſcriptos baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualẽ nullo modo contrahunt, quamuis longè magis expediet, nullum omninò præter ſic deſignatos vel ad ſuſceptionem, vel ad contactum baptizãdi admittere. Quòd ſi Parochi culpa vel negligentia ſecus factum fuerit, nouerit ſe non remanſurum impunitum. Concil. Trident. ſeſſ. 24. can. 2. de refor. mat. Et diſt. 4. de conſ. can. In Catechiſmo. & can. Non plures, &c.

V. Et quoniam multitudinem Patrinorum ac Matrinarum introduxit luxus, auaritia, & habendi cupiditas, à quibus tamẽ in baptiſmo initiandi, dum Satanæ & pompis eius renunciant, debent eſſe alieniſsimi: hinc fit, vt maior habeatur ratio conuiuiorum & munerum, quàm ſacræ fidei & diuinæ conuerſationis. Vnde deinceps deteſtabilis ille mos, qui iam paſsim inoleuit, quo puer recens baptizatus per Suſceptores & Suſceptrices ad tabernas publicas, cum crapula & ebrietate, & ſcandalo exſecrabili abluendus, defertur; penitus & ſub graui ab Ordinario ſtatuenda pœna; abolitus & extinctus erit. Nota.

QVARE DECANI RVRALES DEBEANT DILIGENTER CVRARE, VT PASTORES SERVENT HANC vltimam inſtructionem, ex Concil. Trident. deſumptam.

I. Quoniam imitationẽ quandã militans noſtra Eccleſia habet Eccleſię triumphãtis, in qua libro vitę nomina electorũ inſcribuntur; quare & Dionyſius à D. Paulo edoctus, docet etiã patrini ſiue ſponſoris, & baptizati nomina olim à Sacerdotibus ſcripta: Hierarcha, inquit, imperat, vt viri (baptizandi videlicet) atq; ſponſoris nomina perſcribantur, ijs ſcriptis ſacras preces perficit. De Eccleſ. Hier. cap. 2.

II. Quoniam Patrini ita memores fient ſponſionis, quam fecerunt pro baptizatis, nec ſinent ita leuiter ad hæreſim atq; Satanæ caſtra deficere, quorum nomine Satanæ illiusq; pompis abrenunciarunt, fidem profeſsi ſunt, atq; Eccleſiæ libro inſcripti.

III. Quoniam ſanctiſsima & antiquiſsima decreta Eccleſiæ Catholicæ, hanc inſtructionem obſeruandã docent. S. Higinus Papa, qui fuit decimus poſt D. Petrum, an. 150. aſſerit Romanam eſſe conſuetudinem, vt ſinguli ſingulos ſuſcipiant. De conſ. diſt. 4. can. In Catechiſ. Item Leo primus, qui fuit 47. pontifex poſt D. Petrum, circa ann. 444. Non plures, inquit, ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem accedant, quàm vnus, ſiue vir, ſiue mulier. In Confirmatione quoque idipſum fiat. De Conſ. diſt. 4. can. Non plures. Idem aſſerit Iuo Carnotenſ. titulo de baptiſmo, can. 218. & 219. Hic vixit an. 1090. Item Hugo de ſancto Victore, qui dicit ideo factum eſſe, ne, ſi paruulus vnus, plures haberet in baptiſmo Suſceptores, illa tandem multitudo contractionem impediret matrimonij. Item in Conſtit. Apoſtol. lib. 3. cap. 16. idem decernitur. Vide Agendam quoque Moguntinenſem. Item Ordinarium Romanum, de Ritu baptiſ. cap. 7. §. 8. Vnus (inquit) ſolus Compater eſſe debet, & non plures. Item Concil. Trident. quod antiquos canones in vſum neceſſario reuocat.

IIII. Quo-

IV. Quoniam laquei multi injjciuntur patrinorum multitudine hominibus, dum ſcienter & ignoranter matrimonia contrahunt prohibita, in quibus non poſſunt abſq; grauiſsimis peccatis perſeuerare ac mori, & quę ſine magnis ſcandalis, ac famæ rerumq; damnis dirimi nequeunt. Hæc ratio eſt Concil. Trident.

V. Quoniam myſterium S. Trinitatis apertius expreſſiuſq; ſignificatur vno tantum exiſtente Patrino, quàm dum tres aut plures offerunt baptizandum. Nam Patris perſonam refert baptizans Sacerdos, vnde & pater ſpiritualis dicitur: & Filij, is, qui per baptiſmum regeneratur, vnde & filius adoptiuus Dei & cohæres Chriſti fit. Spiritus ſancti deniq; imaginem gerit Patrinus, qui initiandum offert in perſona Eccleſiæ, quam ſpiritus ſanctus gubernat.

VI. Patrinus nō requiritur de neceſsitate in Baptiſmo, ſed ſolum propter inſtructionem, quæ hodiè fit ferè à parentibus. Igitur propter antiquos Canones Eccleſiæ, & myſterij expreſſionem, de qua in quinta ratione dictum eſt, potius vnus quàm multi debent eſſe Patrini, & contrarius vſus, abuſus eſt.

VII. Quia, vt dicit Catechiſmus Romanus, inſtitutio à multis magiſtris perturbatur.

VIII. Patrinus, pater ſpiritualis non immeritò appellari poteſt: Vnus autem pater vnius filij eſſe ſolet: vnus igitur in baptiſmo patrinus cōuenienter magis quàm multi.

IX. Patrinus, cum fidem ſuſcipientis baptiſmum exprimat, vnus eſſe debet, ſicut & fides vna eſt, quam nomine filii ſpiritualis petit, & profitetur, quam diu baptizatus infans eſt.

X. Vna eſt Eccleſia Catholica, vnius fidē deſideriumq; Patrinus exprimit, ergo vnitas patrini magis probanda, cū Eccleſiæ vnicæ vices gerat patrinus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XI. Id quod eſt ab vniuerſali Eccleſia definitum, poſt diſcuſsionem doctiſsimorum hominum ex varijs nationibus, non debet amplius in diſputationem reuocari, etiamſi nulla poſſet ratio reddi, quantò minus propter ſtultam phanthaſiam auari vulgi, & indoctorũ hominum. Poſſunt tamen ſpectatores conuocari, & ſponſionis baptiſsimiq; ſuſcepti teſtes, quot quiſq; voluerit eſſe præſentes.

ADMONITIONES GENERALES BAPTISMI MINISTRVM CONCERNENTES, CIRCA MODOS baptizandi ſubſequentes.

1. In primis Parochus eà, quæ ſupra dicta ſunt, de ſacramento Baptiſmi, ſępius & diligenter relegat, ne ob ignorantiam ſeu obliuionẽ eorum; circa collationem Baptiſmi errorem committat.

2. Nòtet præterea, quod ſequentes modi baptizandi ita digeſti ſunt, vt facilè accommodari poſsint infanti maſculo baptizando, aut fœmellę; maſculis aut fœmellis; maſculo aut fœmellæ ſimul; & maſculo vel maſculis, cum duabus vel pluribus fœmellis.

3. Vbi tamen miniſter aduertat diligenter, vt Exorciſmi & Orationes prout vni vel pluribus, huic vel illi ſexui deputatą ſunt, legantur, & vt genus & numerus iuxta qualitatem baptizandorum obſeruentur.

4. Quare quando baptizanda venit fœmella vel fœmellæ, vbicunq; ſignum hoc * occurret, meminerit ibi genus eſſe mutandum. Itaq; ad hoc ſignum * lectionem ſuſpendat, & ea legat, quę intra duos ſemicirculos huiuſmodi ( ) interpoſita videt. Dum verò maſculus vel maſculi baptizandi veniunt, nihil hoc ſignum * curans, inoffenſè pergat, omiſſis illis, quæ intra dictos ſemicirculos continentur.

5. Quando porrò plures diuerſi ſexus adferuntur baptizandi, ſciat Sacerdos cõmunes Exorciſmos & Orationes, ſuper omnes ſimul legi poſſe, nullo genere mutato: ſpeciales verò ſexuum, ſuper illos tantum, qui vnius ſexus ſunt, legi debent.

6. Cum autem maſculus & fœmella, vel maſculus & & duæ vel plures fœmellæ, aut plures vtriuſq; ſexus ſimul baptizandi adſunt Adiectiua & Participia in maſculino genere pronuncianda ſunt; quod ſi facere nequeat quis, maſculum vel maſculos; fœmellam vel fœmellas ſeorſum exorcizet & baptizet, modis infrà ſcriptis.

7. Vbi ad ianuam templi venerint deferentes infantem vel infantes ad Baptiſmum, Parochus indutus ſuperpelliceo & ſtola, antequam ad baptiſmum conferendum accedat, ex Obſtetrice & Suſceptoribus delati infantis interroget; Quid petitis quibus, id quod eſt, reſpondentibus; interroget cuius ſexus ſit proles? ac deinde nomen infanti imponendum exprimant. Quo intellecto, inquirat etiam de Suſceptorum nominibus, nec admittat niſi vnum, aut vnum & vnam, eorumq; tantum nomina cum nominibus parentum in libro ſcribat, aut ſcribi curet, & denunciet ſolos inſcriptos pro Suſceptoribus haberi ab Eccleſia, ſecundum ea, quæ ſuprà dicta ſunt de Patrinis. Tandem infantem vel infantes, ante fores Eccleſiæ exorcizet & catechizet, vt ſequitur.

ORDO ET MODVS COMMVNIS BAPTIZANDI INFANTES, TAM MASCVLVM QVAM FOEMELLAM, VEL maſculum aut maſculos cum duabus vel pluribus fœmellis, cum ſolemnitatibus & & cæremonijs conſuetis.

ANTE FORES TEMPLI.

Sacerdos, ſignando ſe cruce, dicat.

In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti, Amen.

Deinde petat à Patrino.

Begehrt ihr daß diß Kind getaufft werde?

Reſponſio Patrini.

Ja Herr.

Sacerdos.

Antwort mir von des Kinds wegen auff meine fragen?

Sacerdos habens vultum verſus orientem, maſculum collocet ad dexteram ſuam, fœmellam vero ad ſiniſtram, quæ ſequuntur cum ſingulis agat.

N. Abrenuncias Sathanæ?

Et ſi Patrinus neſciat Latinè, interroget Germanicè.

Widerſagſt du dem Teuffel?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. (vel in vulgari) Jch widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus operibus eius.
Vnd allen ſeinen Wercken?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Jch widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus pompis eius?
Vnd aller ſeiner pracht vnd hoffart?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Jch widerſage.

Sacerdos deinde interroget de fide Pueri.

Credis in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ?

Glaubſt du in Gott / Vatter Allmechtigen/ Schöpffer Himmels vnd der Erden?

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Sacerdos.

Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui cõceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos?

Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum ſeinen einigen Sohn/ vnſerm Herren. Der empfangen iſt

von dem heiligen Geiſt / Geboren auß Maria der Junckfrawen. Gelitten vnder Pontio Pilato / gecreutziget / geſtorben vnd begraben. Abgeſtiegen zu der Hellen / am drittẽ tag wider aufferſtanden von den Todten. Auffgefahren gen Himmel / ſitzet zu der gerechten Gottes des allmechtigen Vatters. Von dannen er kommen wirt / zu richten die Lebendigen vnd die Todten?

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub.

Sacerdos.

Credis & in Spiritum ſanctum. Sanctã Eccleſiam Catholicam. Sanctorum communionem. Remiſsionem peccatorum. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam?

Glaubſt du auch in den heiligen Geiſt. Die heilige Allgemeine Chriſtliche Kirchen. Gemeinſchafft der Heyligen. Vergebung der Sünden. Aufferſtehung des Fleiſches. Vnd ein ewiges Leben?

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub.

Huius ritus myſterium & orationé depromũt Cæleſtinus epiſ. I. c. 12. & Auguſt. lib. 1. de Symbol cap. 1. & epiſt. 105

Tunc inſufflet Sacerdos in modũm crucis ter in facies ſingulorum, ac toties dicat ad ſingulos.

Exi ab * eo (ea) Satana, & da honorem Deo viuo & vero.

Iterum inſufflet, & dicat:

Exi immunde Spiritus, & da honorem Ieſu Chriſto filio eius, Domino noſtro.

Tertiò inſufflet, & dicat:

Fuge

Fuge immunde ſpiritus, & da locum Spiritui ſancto paracleto.

Deinde pollice dextro faciendo cruces in partibus infrà nominandis baptizandum ſignet, dicatq́;:

Ad frontem Signo ✠ te in fronte, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt confidas in eo.

Bene ✠ dico
Oculos tuos, vt videas claritatem Dei.
Aures, vt audias verbum veritatis eius.
Nares, vt percipias odorem ſuauitatis (eius.
Pectus, vt credas in eum.
Scapulas, vt ſuſcipias iugũ ſeruitutis ei⁹
Os, vt confitearis illi, qui cum Deo patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

Ad ſingulos.

R. Amen.

ORATIO.

Exi Spiritus immunde ab ✶ eo (ea) & da locum Spiritui ſancto paracleto, in nomine Patris, & Filij, & eiuſdem Spiritus ſancti.

Ad ſingulos.

Deinde ſignum crucis fronti & pectori imprimens dicat. Non neceſſe eſt denudare pectus infantis: poteſt enim ſignari ſupra pannos.

N. Accipe ſignum crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, tã in fronte ✠ quã in cor ✠ de: ſume fidem cæleſtium præceptorum: talis eſto moribus, vt templum Dei iam eſſe poſſis, ✶ ingreſſusq́; (ſaq́;) Eccleſiam Dei, euaſiſſe te laqueos mortis ✶ lætus (ta) agnoſce: hor-

De conſec. d. 4. c. Poſtea

Ad ſingulos.

reſce idola, reſpue ſimulacra, cole Deum Patrem omnipotentem, & Ieſum Chriſtum filium eius, qui cum eo viuit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum.

OREMVS.

Super omne. OMnipotens ſempiterne Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc* famulũ tuũ N. quẽ (hanc famulã tuam N. quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnẽ cæcitatẽ cordis ab* eo (ea) expelle, diſrumpe omnes laqueos Satanę, quibus fuerat* alligatus (ta) aperi *ei (eis) Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ* imbutus (ta) omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuauem odorem præceptorum tuorũ* lætus (læta) tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diem, vt* idoneus (nea) efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui percepta medicina. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. R. Amen.

OREMVS.

PReces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, &* hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) cuius impreſsione eum (eã) (ſignet frontem infantis) ſigna ✠ mus: cœleſti virtute cuſtodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſeruans, per cuſtodiam mandatorũ tuorum ad regenerationis gloriam perueni-

re me-

re mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

OREMVS.

DEus qui humani generis ita es conditor, vt ſis etiã reformator: propitiare populis adoptionis, & nouo teſtamẽto ſobolẽ nouæ prolis aſſcribe, vt filij promiſſionis, quod nõ potuerunt aſſe qui per naturã, gaudeant ſe recepiſſe per gratiã. Per Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum.

Sacerdos deinde faciat Exorciſmum ſalis, ſi ſal exorcizatum ad manum non fuerit.

Exorcizo te creatura ſalis in nomine Dei Pa✠tris omnipotentis, & in charitate Domini noſtri Ieſu ✠ Chriſti, & in virtute Spiritus ✠ ſancti. Exorcizo te per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, qui te ad tutelam humani generis creauit, & populo veñienti ad credulitatem, per ſeruos ſuos conſecrari præcepit, vt in nomine ſanctæ Trinitatis efficiaris ſalutare Sacramentum, ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noſter, vt hanc creaturam ſalis ſanctificando ſancti✠fices, benedicendo bene✠dicas, vt fiat omnibus ſumentibus perfecta medicina, permanens Concil. Carthag 3. c. 5.

in viſceribus eorum, in nomine eiuſdē Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſęculum per ignē.

Poſtea imponendo ſalis modicum ori infantis dicat:

Ad ſingulos. N. Accipe ſalem ſapientiæ, vt propitiatus ſit tibi Dominus noſter Ieſus Chriſtus in vitam æternam. R. Amen.

OREMVS.

DEVS patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ conditor creaturæ & veritatis, te ſupplices exoramus, vt famulum tuum N. (hanc famulam tuam N.) propitius reſpicere digneris, & hoc primum pabulum ſalis guſtantem, nō diutius eſurire permittas, quo minus cibo repleatur cælesti, quatenus ſit ſemper Domine diuino Spiritu feruens, ſpe gaudens, tuo nomini ſemper ſeruiens, & perduc eum (eam) ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen.

NOTA, quoties ponitur in margine (Super Maſc.) intellige talem orationem ſuper maſculum tantum legendā: ſicut, quando ponitur (Super fœmell.) ſuper fœmellam tantum: reliqua dicenda ſunt tam ſuper maſculum, quàm ſuper fœmellam.

OREMVS.

Super Maſc. DEVS Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob,

Deus

Deus qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſraël de terra Ægypti eduxiſti, deputãs eis angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: te quæſumus Domine, vt mittere digneris ſanctum angelum tuum de cęlis, qui ſimiliter cuſtodiat, & hunc famulum tuum N. & perducat eum ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

OREMVS.

DEVS cæli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, Deus omniũ bene viuentiũ: Deus, cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cæleſtiũ, terreſtrium, & infernorum: te inuoco Domine, vt hanc famulam tuam perducere & cuſtodire digneris ad gratiam baptiſmatis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. R. Amen. Super Fœmel.

ADIVRATIO.

ERgo maledicte Diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, & da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab ✠ hoc famulo Dei N (hac famula Dei N.) quia ✠ iſtum (iſtam) ſibi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuã ſanctam gratiã, & benedictionem, fontemq; baptiſmatis, dono Spiritus

ſancti vocare dignatus eſt. (hæc dicendo faciat crucem pollice dextro in frontibus ſingulorum) Et hoc ſignum ſanctæ cru✠cis, quod fronti eius damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare, ſed damnatus in æternum maneas, ab eo (ea) repulſus, per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

OREMVS.

Super Maſc. DEVS immortale præſidium omnium poſtulãtium, liberatio ſupplicum, vita credentium, reſurrectio mortuorum, te inuoco ſuper hunc famulum tuum N. qui baptiſmi tui donum petens, æternam conſequi gratiam ſpirituali regeneratione deſiderat, accipe eũ Domine, qui dignatus es dicere: Petite, & accipietis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Petenti itaq; præmium porrige, & ianuam pande pulſanti, vt æternam cæleſtis lauacri benedictionem conſecutus, promiſſa tui muneris regna percipiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Luc. 11.

OREMVS.

Super fœmell. DEVS Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: Deus, qui tribus Iſraël de Ægyptiaca ſeruitute liberaſti, & per Moyſen famulum tuum de cuſtodia mandatorũ tuorum in deſerto mo-

nuiſti,

nuiſti, & Suſannam de falſo crimine liberaſti: te ſupplex deprecor Domine, vt liberes hanc famulam tuam N. & perducere eam digneris ad gratiā baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ADIVRATIO.

Ergo maledicte Diabole recognoſce, &c. vt ſupra fol. 23.

EXORCISMVS.

AVdi maledicte Satana, adiuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris noſtri filij eius, cum tua victus inuidia, tremens, gemēſq; diſcede: nihil tibi ſit cum * ſeruo (ſerua) Dei iam cæleſtia cogitanti * renunciaturo (ræ) tibi ac ſæculo tuo, & beatæ immortalitati * victuro, (ræ.) Da igitur honorem aduenienti Spiritui ſancto, qui ex ſumma cæli arce deſcendens, perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus, id eſt, ſanctificatum Deo templum, & habitaculum perficiat: vt omnibus penitus præteritorū criminum noxijs * liberatus (ta) * ſeruus (ſerua) Dei, gratias perenni Deo referat ſemper, & benedicat nomē eius ſanctū, in ſecula ſeculorū. R. Amen.

EXORCISMVS. Super Maſc.

EXorcizo te immunde Spiritus, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti, vt

exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. Ipſe enim tibi imperat, maledicte Diabole atque damnate, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit, Ieſus Chriſtus Dominus noſter. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

EXORCISMVS.

Super fœmell. EXorcizo te immunde Spiritus, per Pa ✠ trem, & Fi ✠ lium, & Spiritum ✠ ſanctum, vt exeas ab hac famula Dei N. Ipſe enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento reſuſcitauit.

ADIVRATIO.

Ergo maledicte Diabole recognoſce, &c. vt ſupra fol. 23.

OREMVS.

Ad ſingulos. AEternam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte pater omnipotens, æterne Deus, luminis & veritatis author, ſuper hunc famulum tuum N. (hanc famulã tuam) vt digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum (eã) & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, vt dignus (digna) efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui: teneat fidem firmam, ſpem certam, conſilium rectum, doctrinam ſanctam,

vt aptus(apta)ſit ad percipiendā gratiā tuam. Per eum, qui tecum, & cum Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. R. Amen.

Sacerdos.

Dominus vobiſcum.

Miniſter.

Et cum Spiritu tuo.

Sacerdos.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundū Matthæum.

Hæc dicendo faciat pollice ſignum crucis in fronte, ore, & pectore Infantis.

Miniſter. Gloria tibi Domine.

Sacerdos. In illo tempore: Oblati ſunt Ieſu paruuli vt manus eis imponeret, & oraret: Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò ait: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire. Taliū enim eſt regnū cælorum. (Hic ponat Sacerdos manum ſuam ſuper caput Infantis) Et cum impoſuiſſet eis manus, abijt inde. Matt. 19.

Reſp. Laus tibi Chriſte.

Deinde admoneat Patrinum & circunſtantes, vt ſimul dicant flexis genibus orationem Dominicam, Salutationē Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum pro ſalute Infantis, prout hic ſequitur, aut ſimili forma.

DJeweil nun vnſer lieber Herr Jeſus Chriſtus die Kindlein zu jm zubringen / in dem jetzt gehörtē vnd verleſenen heyligen Euangelio befohlen / Vnd ſolchen das Reich der Himmelen warhaff-

tiglich verheiſſen hat / So laſſet vns nun auch diß Kindlein mit andechtigem demütigen Gebett zu jhm bringen / jhn trewlichen anruffen vnd bitten / daß er es annemen / vnd durch den heyligen Tauff in ſein heyliges Reich ſetzen / auch ſein Göttliche gnad mittheilen vnd verleyhen wölle / daß / ſo lang es in dieſem Jamerthal verbleibe / nach ſeinē Göttlichen Willen vnd Gebotten könte leben / vnd nach dieſem Lebē mit ſampt den Eltern die ewige Freud / Ruhe vnd Seligkeit erlangen vnd beſitzen möge.

Solchs von dem Allmechtigen Gott vnd Vatter aller gnaden vnd gutthaten durch Jeſum Chriſtum zuerwerben / ſo ſprecht von grund ewers Hertzen / ein andechtigs Vatter vnſer, Aue Maria, vnd ein heyligen Chriſtlichen Glauben. Auff daß jr / vnd wir alleſampt dieſem Kindlein / in dem wahren Chriſtlichen Glauben / ohn allen Mackel / biß an das end allezeit beſtendig erfunden werden.

NOTA, quod ſi plures infantes exorcizari vel baptizari ſimul contingat, in præmiſſa exhortatiuncula ſingulariter poſita, pluraliter proferantur.

PAter noſter, qui es in cælis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos in-

ducas in tentationem. Sed libera nos à malo, Amen.

AVe Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ, Amen.

CRedo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum. Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem. Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. & vitam æternam, Amen.

Hic Sacerdos, tenens manum ſuam ſuper caput Infantis, dicat:

EXORCISMVS.

NEc te lateat Satana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormẽta, imminere tibi diem — Super omnes.

iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi atque vniuerſis angelis tuis æternus ſuperueniet interitus. Proinde damnate atque damnande, da honorem Deo viuo & vero: da honorem IESV CHRISTO filio eius, & Spiritui ſancto, in cuius nomine atque virtute præcipio tibi, vt exeas & recedas ab hoc famulo (hac famula) Dei N. quem (quam) hodie Dominus noſter IESVS Chriſtus ad ſuam gratiam & benedictionem, fontemq; baptiſmatis, dono ſancti Spiritus vocare dignatus eſt, vt fiat templum eius per aquam regenerationis, in remiſſionem omniũ peccatorũ. In nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignẽ. R. Amen.

Deinde Sacerdos ſaliua oris ſui; pollice ſuo ex ſiniſtra ſua accepta, tangat primò aurem dexteram Infantis, dicendo:

Ad ſingulos. Marc. 7.

Ephphata, quod eſt adaperire.

Deinde nares: ſed caueat ne ſputo tangat labia Infantis, (de Conſec. diſtinct. 4 can. Propter gloriam.) dicendo:

In odorem ſuauitatis.

Demum ſiniſtram aurem, ſubiungendo:

Tu autem effugare maledicte Diabole,

appro-

appropinquabit enim iudicium Dei.

Hæc hactenus ante fores templi.

His ita ritè peractis, Sacerdos inducat infantem in Eccleſiam, dicendo:

Nunc itaq; ingredere (dimini) in Eccleſiam Dei, vt mercaris (amini) computari inter filios Dei.

VEL

Dominus cuſtodiat introitum tuum (veſtrum) & exitum tuum (veſtrum) ex hoc nunc & vſque in ſæculum. Pſal. 120

Quo dicto, itur ad fontem Baptiſmi, vbi obſtetrix denudat puerum, & præparat ad fontem: Sacerdos verò interim ſumit oleum ſacrum & Chriſma, præeunte candela; idem in loco apto prope baptiſterium collocat. Deinde Patrinus infantem Maſculum, Matrina verò Fœmellam, in manibus teneat coram Sacerdote, & ſi alius Patrinus vel Matrina, ponat manum ſuper Infantem; Sacerdos verò conſiſtens coram fonte, facie ad Orientē verſa, quæ reliqua ſunt, cum ſingulis agat.

Sacerdos igitur interroget ſecundò.

Begehrt jhr daß diß Kind getaufft werde?

Reſponſio Patrini.

Ja Herꝛ.

Deinde dicat;

Nennet das Kind.

Reſp. N.

Sacerdos.

Antwort mir von des Kinds wegen auff meine Fragen.

Abrenuncias Sathanæ?
Widerſagſt du dem Teuffel?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus operibus eius.
Vnd allen ſeinen Wercken?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus pompis eius?
Vnd aller ſeiner pracht vnd hoffart?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos deinde interroget de fide Infantis.

Credis in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ?

Glaubſt du in Gott / Vatter Allmechtigen/ Schöpffer Himmels vnd der Erden?

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub.

Sacerdos.

Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui cõceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos?

Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum ſeinen einigen Sohn/ vnſern Herren. Der empfangen iſt von dem heiligen Geiſt/ Geboren auß Maria der Junckfrawen. Gelitten vnder Pontio Pilato/ gecreutziget/ geſtorben vnd begraben. Abgeſtiegen zu der Hellen/ am drittẽ tag wider aufferſtanden von den Todten. Auffgefahren gen Himmel/ ſitzet zu der gerechten Gottes des allmechtigen Vatters. Von dannen er kommen wirt/ zu richten die Lebendigen vnd die Todten?

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub.

Sacerdos

Credis & in Spiritum ſanctum. Sanctã Eccleſiam Catholicam. Sanctorum communionem. Remiſsionem peccatorum. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam?

Glaubſt du auch in den heiligen Geiſt. Die heilige Allgemeine Chriſtliche Kirchen. Gemeinſchafft der Heyligen. Vergebung der Sünden. Aufferſtehung des Fleiſches. Und ein ewiges Leben?

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub.

NOTA Vaſcula ſacræ vnctionis, ad vitandum errorẽ, ſic diſtingui ſolent, vt vaſculum Chriſmatis ſignetur litera C. olei ſacri, O. vel S. Infirmorum autem I.

Exorciſmo & catecheſi, ſic vt præmittitur, peractis Sacerdos iubens infantem denudari, intincto pollice dextro in oleum catechumenorum, quod oleum ſalutis, ſeu ſanctum vocatur, faciat crucem, & vngat ipſum in pectore, & in ſcapulis, dicens:

Et ego te linio oleo ſalutis in pe✠ctore, & in ſca✠pulis. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

Sacerdos interroget Patrinum tertiò.

Wilt jhr das Kind getaufft haben?

Reſponſio Patrini.

Ja Herꝛ.

Sacerdos.

Nennet das Kind.

Reſp. N.

Sacerdos poſtea diligenter inquirat de Infante ab obſtetrice, & aliis, an ſit baptizatus, interrogando, Iſt das Kind

gegehetaufft? Et ſi non eſt baptizatus prius: tunc nominato eius nomine ipſum baptizet ſimpliciter, abſq; conditione, ſub forma ſubſcripta. Aduertat autem Sacerdos, vt non ante aut poſt ablutionem verba Sacramenti, quæ formam continent, ſub eodem tempore, quo ablutio ipſa peragitur, pronunciet, atq; ideo dum profert verba Formæ, hauriat de fonte manu dextera aquam, & fundat ſuper denudatum caput Infantis tribus vicibus, & dicat:

Forma baptiſmi abſoluta

N. Ego te baptizo in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

Si verò Sacerdos intelligat, quòd Infans, qui illi offertur baptizandus, ſit fortè baptizatus, tunc inquirat per quem, & an debita Materia & Forma ſit ſeruata; quòd ſi deprehenderit ſub recta verborum forma puerum eſſe baptizatum, nequaquam eundem rebaptizet, ne grauiſsimas iuris pœnas incurrat: Vnctiones tamen in pectore & ſcapulis oleo ſancto, & in vertice Chriſmate, cęteroſq; ritus omnes, cum ſolitis orationibus ſuppleat. Sed ſi dubium eſt, an ſit ritè in aqua naturali baptizatus, ſub debita verborum forma, tunc propter dubium, debet ipſum baptizare ſub conditione & forma ſubſcripta, nominato nomine Infantis.

Forma baptiſmi abſoluta

N. Si es baptizatus, (ta) non ego te rebaptizo: Sed ſi non es baptizatus (ta) Ego te baptizo, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

Sacerdos intincto pollice in ſacrum Chriſma oret, dicens:

Super Maſc.

DEus omnipotens, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, quiq; tibi dedit remiſsionem omnium peccatorum.

Hic Sacerdos baptizatum inungat Chriſmate, crucē faciendo, nō in fronte, quæ ſacramento Cōfirmationis reſeruatur, ſed in vertice, in ſummitate ſcilicet capitis, & addat:

Ipſe te liniat Chri ✠ ſmate ſalutis in vitā æternam, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, Amen.

Sacerdos accipiens veſtem, ſeu linteum, vel mitram candidam imponendo capiti Infantis: dicat:

N. Accipe veſtem candidam, ſanctam & immaculatam, quam perferas ſine macula ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Sacerdos Baptiſmo ritè expleto, fricando pollicem dextrum ſale, lauet manus ſupra fontem; Patrini verò extra fontem. Claudaturq; Baptiſterium, & ſacrum Chriſma cum oleo ſancto præeunte miniſtro cum candela ad ſuum locum deferatur. Deinde procedat Sacerdos ad altare: Et ſi baptizatus ſit adultus, communicet. Si verò ſit infans, ponat Sacerdos de ablutionis vino in os eius, dicens:

Huius vini perceptio, ſit tibi in ſalutem æternam corporis & animæ, Amen.

Poſtea Sacerdos, tenens vnà cum Patrinis candelam accenſam ad latus dextrum Infantis, dicat:

N. Accipe lampadem ardentem; irreprehenſibilem cuſtodi baptiſmum tuum: ſerua Dei mandata: vt, cum Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei, vnà cū omnibus ſanctis eius in aula cæleſti, habeaſq; vitā æternā, & viuas cum eo in ſæcula ſæculorū, Amē.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vade in pa ✠ ce: fides tua te ſaluum(uam) fecit. Vel, Dominus ſit tecum. Vel, Pax tibi. Vel, Pax tecum.

Sacerdos ad Patrinos.

ICh vermahne euch Pettern vnd Gödten/daß ihr diß Kind euch laſſet befohlen ſeyn/ neben ſeinen natürlichen Eltern/ alſo/ wenn es zu ſeinen verſtendigen Jahren kommen wirdt/ daß jhr es (wo dieſelbige Eltern daran ſäumich weren/ oder abſtürben) mit gantzem fleiß vnderrichtet vnd lehret/ſtet vnd feſt in der heyligen Chriſtlichen Catholiſchen vnd Apoſtoliſchen Kirchen (darinnen es jetzunder den heiligen Tauff empfangen) bleibẽ/ derſelbigen wahren vnd vngezweiffelten Glauben allezeit halten/ vnd darneben auch das Vatter vnſer/ den Engliſchen Gruß/den Apoſtoliſchen Glauben/ vnd die Zehen Gebott Gottes/ Ja keinen fleiß ſparet/zu lehren vnd zu vnderweiſen/alles ſo zu gehorſam/auffnemung/vnd erhaltung der obgenandter heyliger Kirchen Lehr vnd förderung ſeiner Seelen ſeligkeit von nöten ſeyn wirdt. Damit jhr dann der jetztgebettner Gevatterſchafft vor Gott dem Herrn gute rechenſchafft vnd gnug thun werdet.

ORDO ET RITVS BAPTIZANDI INFIRMVM MASCVLVM VEL FOEMELLAM.

Sacerdos, ſignando ſe cruce, petat à Patrino.

Begehrt jhr daß diß Kind getaufft werde?

Reſponſio Patrini.

Ja Herꝛ. Deinde dicat: Nennet das Kind. Reſp. N.

Sacerdos.

Antwort mir von des Kinds wegen auff meine Fragen.

Abrenuncias Sathanæ?

Et ſi Patrinus neſciat Latinè, interroget Germanicè.

Widerſagſt du dem Teuffel?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. (vel in vulgari) Ich widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus operibus eius.

Vnd allen ſeinen Wercken?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus pompis eius?

Vnd aller ſeiner pracht vnd hoffart?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Ich widerſage.

Sacerdos deinde interroget de fide Infantis.

Credis in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ?

Glaubſt du in Gott / Vatter Allmechtigen/ Schöpffer Himmels vnd der Erden?

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Sacerdos.

Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui cõceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos?

Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum ſeinen einigen Sohn/ vnſern Herren. Der empfangen iſt von dem heiligen Geiſt / Geboren auß Maria der Junckfrawen. Gelitten vnder Pontio Pilato / gecreutziget/ geſtorben vnd begraben. Abgeſtiegen zu der Hellen / am drittẽ tag wider aufferſtanden von den Todten. Auffgefahren gen Himmel/ ſitzet zu der gerechten Gottes des allmechtigen Vatters. Von dannen er kommen wirt/ zu richten die Lebendigen vnd die Todten?

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Sacerdos.

Credis & in Spiritum ſanctum. Sanctā Eccleſiam Catholicam. Sanctorum communionem. Remiſsionem peccatorum. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam?

Glaubſt du auch in den heiligen Geiſt. Die heilige Allgemeine Chriſtliche Kirchen. Gemeinſchafft der Heyligen. Vergebung der Sünden. Aufferſtehung des Fleiſches. Und ein ewiges Leben?

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub.

Tunc inſufflet Sacerdos in modum crucis ter in faciem Infantis, ac toties dicat:

Exi ab eo (ea) Satana, & da honorem Deo viuo & vero.

Iterum inſufflet, & dicat:

Exi immunde Spiritus, & da honorem Ieſu Chriſto filio eius, Domino noſtro.

Tertiò inſuflet, & dicat:

Fuge immunde ſpiritus, & da locum Spiritui ſancto paracleto.

Deinde pollice dextro faciendo cruces in partibus infrà nominandis baptizandum ſignet, dicatq́;:

Ad frontem. Signo ✠ te in fronte, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt confidas in eo.

Oculos tuos, vt videas claritatem Dei.
Aures, vt audias verbum veritatis eius.
Nares, vt percipias odorem ſuauitatis (eius.
Bene ✠ dico Pectus, vt credas in eum.
Scapulas, vt ſuſcipias iugū ſeruitutis ei⁹
Os, vt confitearis illi, qui cum Deo patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

ADIVRATIO.

Impero tibi immunde Spiritus, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij. & Spiritus ✠ ſancti, vt exeas & recedas ab hoc famulo (hac famula) Dei.

Hic ſignetur Infans in fronte & pectore.

N. Accipe ſignum crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, tam in fron✠te, quàm in cor✠de: ſume fidē cæleſtium præceptorum: talis eſto moribus, vt templum Dei iam eſſe poſſis, ingreſſuſq; (ſaq;) Eccleſiam Dei euaſiſſe te laqueos mortis lętus (ta) agnoſce: horreſce idola, reſpue ſimulacra, cole Deum Patrem omnipotentem, & Ieſum Chriſtum filium eius, qui cum eo viuit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum.

Exorciſmus ſalis breuior.

Benedic, quæſumus Domine, hanc creaturam ſalis tua bene✠dictione cæleſti, in

nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti: & in virtute Spiritus ſancti, ad effugandum inimicum: quod tu Domine ſanctificando ſancti✠fices: benedicendo bene✠dicas, fiatq; omnibus percipientibus perfecta medicina permanens in viſceribus eorum. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠ſancti. Amē.

Sacerdos ponat ſal benedictum in os infantis, dicens:

N. Accipe ſalem ſapientiæ, qui ſit tibi propitiatio in vitam æternam.

Deinde immediatè dicat, ſi periculum non appareat tam magnum, hanc Orationem.

Æternam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, luminis ac veritatis author, ſuper hunc famulum tuum N. (hanc famulā tuā N.) vt digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentię tuæ, munda eum (eam) & ſanctifica, & da ei ſcientiam veram, vt dignus (na) efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui teneatq; ſpem firmam, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, vt aptus (apta) ſit ad percipiendam gratiam Baptiſmi tui. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Deinde

Deinde addat hanc orationem.

MEdelam tuam deprecor Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui ſubuenis in periculis, qui temperas flagella dum verberas. Te ergo Domine ſuppliciter exoramus, vt hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) eruas ab hac infirmitate, vt non prçualeat inimicus vſque ad animæ tentationem, ſed ſicut in Iob terminum ei pone, ne inimicus de anima iſta ſine redemptione Baptiſmatis incipiat triumphare. Differ Domine exitum mortis, & ſpatium vitæ extende, & reuela quem (quam) redimere gloriaris, vt Baptiſmi ſit in illo (illa) palma, non mortis, vt glorioſum ſemper baiulet, quod acceperit ſignum crucis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Poſtea dicat Sacerdos & circumſtantes Orationem Dominicam, Salutationem angelicam, cum Symbolo Apoſtolorum, & catechizet manum tenens ſuper caput Infantis, his verbis.

NEc te lateat Satana imminere tibi pœnas, imminere tibi tormẽta, imminere tibi diem iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi, atq; vniuerſis angelis tuis æternus veniet interitus: & ideo pro tua nequitia damnate atq; damnande, da honorem Deo viuo & ve-

ro, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, & Spiritui ſancto paracleto, in cuius nomine atq; virtute præcipio tibi, quicunq; es, immunde Spiritus, vt exeas & recedas ab hoc famulo (hac famula) Dei N. quem (quam) hodie idem Deus & Dominus noſter IESVS Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem, fontemq; Baptiſmatis vocare dignatus eſt, vt fiat eius templum per aquam regenerationis in remiſſionē omnium peccatorum, in nomine eiuſdē Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

Sacerdos tangens Infantis aures & nares cum ſaliua ſua, dicat primò ad aurem dextram.

Ephphata; quod eſt adaperire.

Ad nares.

In odorem ſuauitatis.

Ad aurem ſiniſtram.

Tu autem effugare Diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Deinde obſtetrix præparat Infantem ad baptizandum. Sacerdos vocato nomine baptizandi, repetit iſtas ſex interrogationes.

Sacerdos.

Begehrt jhr daß diß Kind getaufft werde?

Reſpon-

Reſponſio Patrini.

Ja Herr.

Deinde dicat 8

Nennet das Kind.

Reſp. N.

Sacerdos.

Antwort mir von des Kinds wegen auff meine Fragen.

Reſponſio Patrini.

Abrenuncias Sathanæ?
Widerſagſt du dem Teuffel?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Jch widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus operibus eius?
Und allen ſeinen Wercken?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Jch widerſage.

Sacerdos.

Et omnibus pompis eius?
Und aller ſeiner pracht und hoffart?

Reſponſio Patrini.

Abrenuncio. Jch widerſage.

Sacerdos deinde interroget de fide Infantis.

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?

Glåubſt du in Gott / Vatter Allmechtigen / Schöpffer Himmels vnd der Erden?

Reſponſio Patrini.

Credo. Jch glaub.

Sacerdos.

Credis & in Ieſum Chriſtum, filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos?

Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum ſeinen einigen Sohn / vnſern Herren. Der empfangen iſt von dem heyligen Geiſt. Geboren auß Maria der Junckfrawen. Gelitten vnder Pontio Pilato / Gecreutziget / geſtorben vnd begraben. Abgeſtiegen zu der Hellen / am dritten tag wider aufferſtanden von den todten. Auffgefahren gen Himmel / ſitzet zu der gerechten Gottes des Allmechtigen Vatters. Von dannen er kommen wirt / zu richten die lebendigen vnd die todten?

Reſpon-

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub.

Sacerdos.

Credis & in Spiritum ſanctum. Sanctam Eccleſiam Catholicam. Sanctorum communionem. Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam?

Glaubſt du auch in den H. Geiſt. Die heylige Allgemeine Chriſtliche Kirchen. Gemeinſchafft der Heyligen. Vergebung der Sünden. Aufferſtehung des Fleiſchs. Und ein ewigs Leben?

Reſponſio Patrini.

Credo. Ich glaub.

NOTA. Vaſcula ſacræ vnctionis, ad vitandum errorē, ſic diſtingui ſolent, vt vaſculum Chriſmatis ſignetur litera C olei ſacri, O. vel S. Infirmorum autem I.

Exorciſmo & catecheſi, ſic vt præmittitur, peractis, Sacerdos iubens Infantem denudari, intincto pollice dextro, in oleum catechumenorum, quod oleum ſalutis ſeu ſanctum vocatur, faciat crucem, & vngat ipſum in pectore, & in ſcapulis dicens.

Et ego te linio oleo ſalutis in pe ✠ ctore, & in ſca ✠ pulis. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

Sacerdos Patrinum interroget tertiò.

Wilt jhr das Kind getaufft haben?

Reſponſio Patrini

Ja Herr. Deinde dicat: Nennet das Kind. Reſp. N.

Sacer.

Sacerdos poſtea diligenter inquirat de infante ab obſte-
trice, & aliis, an ſit baptizatus, interrogando: **Iſt das Kind gegfetaufft?** Et ſi non eſt baptizatus prius; tunc nominato eius nomine ipſum baptizet ſimpliciter, abſq; conditione, ſub forma ſubſcripta. Aduertat autem ſacerdos, vt non ante aut poſt ablutionem verba Sacramenti, quæ formam continent, ſed eodem tempore, quo ablutio ipſa peragitur, pronunciet, atq; ideo dum profert verba formæ, hauriat de fonte manu dextra aquam, & fundat ſuper denudatum caput Infantis tribus vicibus, & dicat.

Forma baptiſmi abſoluta.

N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

Si verò ſacerdos intelligat, quòd infans, qui ipſi offertur baptizandus, ſit fortè baptizatus, tunc inquirat per quem, & an debita Materia & Forma ſit ſeruata; quod ſi deprehenderit ſub recta verborum forma Infantem eſſe baptizatum, nequaquam eundem rebaptizet, ne grauiſsimas iuris pœnas incurrat; Vnctiones tamen in pectore & ſcapulis Oleo ſancto, & in vertice Chriſmate, cæteroſq; ritus omnes, cum ſolitis orationibus ſuppleat. Sed ſi dubium eſt, an ſit ritè in aqua naturali baptizatus, ſub debita verborum forma, tunc propter dubium, debet ipſum baptizare ſub conditione, & forma ſubſcripta, nominato nomine Infantis.

Forma baptiſmi conditionalis.

N. Si es baptizatus (ta) non te rebaptizo: ſed ſi non es baptizatus (ta) Ego te baptizo, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

Sacerdos intincto pollice in ſacrum Chriſma oret, dicens;

DEVS omnipotens, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua &

Spiritu

Spiritu ſancto, quiq; tibi dedit remiſsionem omnium peccatorum.

Hic Sacerdos baptizatum inungat Chriſmate, crucem faciendo, non in fronte, quæ Sacramento Confirmationis reſeruatur, ſed in vertice, in ſummitate ſcilicet capitis.

Ipſe te liniat Chri✠ſmate ſalutis in vitam æternam, Amen.

Sacerdos accipiens veſtem, ſeu linteum, vel mitram candidam imponendo capiti Infantis, dicat:

Accipe veſtem ſanctam candidam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini noſtri IESV Chriſti; vt habeas vitam æternam, & viuas in ſecula ſeculorum. Amē.

Sacerdos baptiſmo expleto, fricando pollicem dexterum ſale, lauet manus ſupra fontem: Patrini verò extra fontem. Claudaturq; baptiſteriū, & ſacrum Oleum cū oleo ſancto, præeunte miniſtro cum candela, ad ſuum locum deferatur. Deinde procedat Sacerdos ad altare, & Infanti de ablutionis vino in os eius ponat, & dicat

Huius vini perceptio, ſit tibi in ſalutem æternam corporis & animæ. Amen.

Poſtea Sacerdos tenens vnà cum Patrinis candelam accenſam ad latus dexterum Infantis, dicat:

Accipe lampadem ardentem, irreprehenſibilem, cuſtodi baptiſmum tuum: ſerua Dei mandata: vt cū Dominus venerit ad nuptias, poſſis ei occurrere, vnà cum omnibus Sanctis eius in aula cœleſti, habeaſq; vitam æternam, & viuas cum eo in ſæcula ſæculorum. Amen.

Dominus ſit tecū. vel Pax tibi. vel Pax tecū.

BREVIS QVIDAM RITVS BAPTIZANDI MASCVLVM vel Fœmellam in articulo mortis, cum videlicet creditur ipſum immediate obiturum.

Primum ſi Infantulus tam vicinus morti videatur, vt ilicò & ſine mora obiturus credatur, omnibus prætermiſsis Baptiſmum præcedentibus, tantum quærat nomen, & ſi nihil attentatum eſt circa Baptiſmum Infantis, aquam elementalem ter fundens ſuper ejus caput denudatum, Baptiſmi formam proferat, dicens:

Nennet das Kind. Reſp. N.

Sacerdos.

N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

Si verò intelligat aliquid eſſe attentatum circa Infantem, vtatur formā ſequenti:

N. Si baptizatus(ta) es, nō te rebaptizo: ſed ſi nō es baptizatus(ta) ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amē.

Et ſi adhuc reſpirat Infans, eum in vertice vngat Chriſmate, dicens:

DEus omnipotens, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, quiq; tibi dedit remiſſionem omnium peccatorum.

Hic faciat crucem Chriſmate in vertice Infantis, ſubiungendo.

Ipſe te liniat Chri ✠ ſmate ſalutis, per

eun-

eundem Chriſtum Dominum noſtrum, in vitam æternam, Amen.

Et hoc facto, ſi adhuc reſpiret, imponat ei mitram, dicens:

Accipe veſtem ſanctam, candidam, & immaculatam, quam perferas ſine macula ante tribunal Chriſti, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſęcula ſæculorum, Amen.

Deinde Sacerdos fricando pollicem dexterum ſale, lauet manus, & Patrini, & aqua in focum fundatur. Poſtea ſi nec dum exſpirauit vinum in os eius ponat, dicens:

Huius vini perceptio, ſit tibi in ſalutem æternam corporis & animæ. Amen.

Et demum Sacerdos, tenens vnà cum Patrinis candelam ardentem ad latus dexterum Infantis, dicat:

Accipe lampadem ardentem, irreprehenſibilem, cuſtodi baptiſmum tuum: ſerua Dei mandata: vt cū Dominus venerit ad nuptias, poſſis ei occurrere, vnà cum omnibus Sanctis eius in aula cœleſti, habeaſq́; vitam æternam, & viuas cum eo in ſæcula ſæculorum. Amen.

Caueat autem Sacerdos diligenter quicquam dicere aut facere, vbi prorſus mortuum fuerit: quia omnia quæcunque fiunt & dicuntur in Baptiſmo, pro viuis tantum, & non pro mortuis, inſtituta ſunt.

Porrò quemadmodum Parochi omni diligentia cauere debent, ne Infantes exſpirent ſine baptiſmo, ſic hunc eundem modum doceant Obſtetrices, vt in extrema neceſſitate, Infantes in vernaculo ſermone baptizent, ita vt dum

formam proferunt, ſimul aquam ſuper caput Infantis fundant, cum debita intentione faciendi, quod facit Eccleſia, dicens:

N. Ich täuffe dich im Namen des Vat✠ters/ vnd des ✠ Sohns/ vnd des heyligen ✠ Geiſts.

Aduerte hîc, quòd ſi infans his peractis ſuperuiuat, ſupplebuntur in Eccleſia per Sacerdotem, quæ propter neceſsitatem fuerint prætermiſſa. Hoc obſeruato: vt quoties in ſupplendis orationibus, adiurationibus, ſeu exorciſmis, alijſuè lectionibus præſcriptis fiat mentio doni, ſeu gratiæ baptiſmi, quæ infans iam baptizatus indubiè recepit; referatur ad vberiorem Baptiſmatis gratiæ, aut doni effectum tota vita reliqua percipiendum. Quomodo etiam frequens ibi commemorata Satanę eiectio, fuga aut exitus referenda ſunt à Baptiſta ad perfectiorem eius paulatim eiectionem, ac pleniorem purgationem. Refert enim Auguſtinus, regenerationis gratiam, quæ per ſacrum lauacrum datur, vſq; in finem vitæ cuncta mala purgare & ſanare.

Auguſt lib. 1. de Nupt. & concup. cap. 33.

Quia accidere poteſt, vt Sacerdos aquam baptiſmalem, vel ſolemniter benedictam non habeat ad manum, vel quia fortè longius ab Eccleſia baptiſmali abſit, vel quia quicquid erat aquæ in baptiſterio, multo vſu exhauſtum eſt, aut forſan aliquo caſu effuſum (quod tamen ne vnquam accidat, diligenter cauendum eſt) nec facile aliunde haberi poteſt, in Sacerdotali Romano hæc etiam breuis aquæ extra conſueta tempora benedicendi formula præſcribitur, in hunc modum:

Primum Sacerdos ſupra vas, in quo ſit aqua naturalis & munda, dicat:

Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
Reſp. Qui fecit cœlum, &c.
Sit nomen Domini benedictum.
Reſp. Ex hôc nunc & vſque, &c.

OREMVS.

EXaudi nos omnipotens Deus, & in huius aquę ſubſtantiam tuam miſce virtutem, vt abluendus (da) per eam ſanitatem ſimul & vitam mereatur æternam, Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Exorciſmus aquæ.

EXorcizo te creaturą aquæ in nomine Dei Pa ✠ tris, omnipotentis, & in charitate Ieſu ✠ Chriſti filij eius, & in virtute Spiritus ✠ ſancti. Exorcizo te omnis virtus aduerſarij, omnis incurſio Satanæ, & omne phantaſma, eradicare & effugare ab hac creatura aquæ, vt fiat fons ſaliens in vitam æternam, & quiſquis ex ea baptizatus extiterit, fiat templum Dei viui, & Spiritus ſanctus habitet in eo, in remiſſionem omnium peccatorum.

Poſtea ponat Chriſma in aquam, & dicat:

Fœcundetur, & ſanctificetur fons iſte oleo ſalutis, & ſalutifero Chriſmate, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

ORDO SERVANDVS CIRCA EOS, QVI IN HÆRESI, aut ſchiſmate, ſine præuijs Exorciſmis, exſufflationibus, vnctionibus, alijſq; myſticis ritibus baptizati ſunt.

EVenire ſolet hæreſis aut ſchiſmatis temporibus, vt ex veterum rituum faſtidio, & Catholicæ Eccleſiæ contemptu, neglectis Exorciſmis & exſufflationibus, ſiue vnctionibus, alijſq; myſticis ritibus (debita nihilominus verborum forma ſeruata) paruuli baptizentur. Qui quidem ſic baptizati, denuò rebaptizari non debent: ſed pijs interim & ſedulis admonitionibus vbi adoleuerint, inducendi ſunt, ne etiam illa omittant, quæ non ſine grauiſſimis cauſsis, nec ſine maxima inde conſequente vtilitate, tanquã viua quædam fidei & pietatis incitamenta huic Sacramẽto ab initio Eccleſiæ annexa ſunt. Interim tamen Parochi non omittant tales admonere, ne huiuſmodi rituum ſuppletionem ſimpliciter neceſſariam ducere, aut alios, qui huiuſmodi ſuppletionem in ſeipſis omiſerint, contemnere velint, nec dubitent Baptiſmum etiam ſine his alioqui ritè ſuſceptum, verum & ſalutarem eſſe.

Cùm itaq; baptizatum ſine huiuſmodi vnctionibus, & alijs myſticis ritibus baptizatum Catholico Sacerdoti obtulerint Patrini, ſeu Suſceptores, vt omiſſos ritus in baptizato ſuppleat, Sacerdos eum in Eccleſiam introducat nomine ſuo compellans, dextera ſua crucis ſignum fronti atq; pectori baptizati imprimens, dicat:

N. Accipe ſignaculum crucis Chriſti, tam in fron ✠ te quàm in cor ✠ de. Tene fidem cæleſtium præceptorum, talis eſto mo-

ribus,

ribus, vt templum Dei eſſe poſſis. Receptuſq; (taq;) in Eccleſiam Chriſti, euaſiſſe te laqueos diaboli, lætus (læta) agnoſce. Horreſce idola, reſpue ſimulachra, cole Deum, Patrem omnipotentem, & Ieſum Chriſtum Filium eius, Qui cum eodem Patre in vnitate Spiritus ſancti viuit & regnat Deus. Per omnia ſecula ſæculorum, Amen.

OREMVS.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum, (hãc famulam tuam) quem (quam) dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo (ea) expelle. Diſrumpe omnes laqueos diaboli, quibus fuerat alligatus. (ta.) Aperi ei ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ imbutus, (ta) omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuauem odorem præceptorum tuorum lætus (læta) tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus (nea) ſit frui gratia baptiſmi tui, quam percepit. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Hic Sacerdos de ſale exorcizato mittat in os baptizati, dicens:

Accipe ſalem ſapientiæ, vt Chriſtus ſit ti-

tibi propitius in vitam æternam, Amen.

OREMVS.

DEVS patrum noſtrorum, Deus vniuerſæ conditor creaturæ, te ſupplices exoramus, vt • hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) reſpicere digneris propitius, vt hoc pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quo minùs expleatur cibo cœleſti, quatenus ſit ſemper ſpiritu feruens, ſpe gaudens, nomini tuo ſeruiens. Et • quem (quam) ad nouæ regenerationis lauacrum perduxiſti, cum omnibus fidelibus tuis promiſſionum tuarum, & æternorum præmiorum facias eſſe participem. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Iterum Sacerdos faciat crucem ſuper baptizatum, dicens:

Super Maſcul.

DEus ✠ Abraham, Deus ✠ Iſaac, Deus ✠ Iacob, Deus qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſrael de terra Ægypti eduxiſti, deputans eis angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: Te quæſumus Domine, vt mittere digneris angelum tuum, vt ſimiliter cuſtodiat hunc famulum tuum, vt teneat gratiam baptiſmi tui quam percepit. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Super fœmel:

OREMVS.

DEVs cœli, Deus terræ, Deus Angelorum,
Deus Archangelorum, Deus Prophetarum,
Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus
Cõfeſſorum, Deus virginum, Deum omniũ
bene viuentiũ: Deus, cui omnis lingua confi-
tetur, & omne genu flectitur, cœleſtium, ter-
reſtrium & infernorum: te inuoco Domine,
vt hanc famulam tuam perducere & cuſtodi-
re digneris ad gratiam baptiſmatis. Per Chri-
ſtum Dominum noſtrum. Amen.

OREMVS.

AEternam ac iuſtiſſimam pietatem tuam
deprecor Domine omnipotens, æterne De-
us, luminis & veritatis author, ſuper hunc
famulum tuum, (hanc famulam tuam,) vt
digneris illum (illam) illuminare lumine
intelligentiæ tuæ. Munda eum (eam) & ſan-
ctifica, & da ei ſcientiam veram, vt dignus
(na) ſit frui baptiſmi tui gratia, quam perce-
pit: Teneat ſpem firmam, conſilium rectũ,
doctrinam ſanctam, vt aptus (apta) ſit ad
tenendam gratiam baptiſmi tui. Per Domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum,
qui tecum viuit & regnat Deus, per omnia
ſæcula ſæculorum, Amen.

Domi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Hic Sacerdos faciat crucem in fronte, ore & pectore baptizati, dicens:

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

Reſp. Gloria tibi Domine.

Marc. 10 In illo tempore, Offerebant Ieſu paruulos, vt tangeret illos: Diſcipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum vidiſſet Ieſus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim eſt regnum cælorum. Amen dico vobis, quiſquis non receperit regnum Dei velut paruulus, ille non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.

Deinde teneat ſacerdos manum ſuper caput baptizati, & dicat Orationem Dominicam, moneatq; circumſtantes, vt & ipſi orent pro ſalute baptizati. Et, ſi baptizatus per ętatem ſciat, iubeat eum alta voce recitare.

Pater noſter. Aue Maria, Credo, &c.

His expletis, Sacerdos ſumens cum pollice & indice manus ſuæ dexteræ de ſputo oris ſui, tangat auriculas baptizati, dicens:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Ephphata, quod eſt, adaperire.

Et mox tangat etiam nares, cum eodem ſputo, non tamen labia attingat, dicens:

In odorem ſuauitatis.

Deinde Sacerdos ſeriò erudiat baptizatum, quomodo olim in baptiſmo, ore ſuorum Suſceptorum abrenunciauerit Satanæ, omnibus operibus & pompis eius: Et fidem in Deum Patrem, & in Ieſum Chriſtum filium eius, & in Spiritum ſanctum diſertè profeſſus ſit, admoneatq; eum, vt ſponſionē ſuam, quàm Deo fecit, quæ procul dubio in cœlo conſignata eſt, ſollicitè ſeruare & exſoluere procuret.

Poſt hanc admonitionem Sacerdos intincto pollice in oleum Catechumenorum, quod oleum ſanctum ſeu ſalutis appellatur denudet pectus & ſcapulas baptizati, & faciat crucem primò in pectore, dicens:

N. Ego te linio oleo ✠ ſalutis.

Et mox aliam crucem de eodem oleo faciat inter ſcapulas eius, dicens:

In Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro.

Deinde dicat hanc Orationem.

Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, quiq; tibi dedit remiſſionem peccatorum.

Hic faciat crucem de Chriſmate in vertice baptizati, ſubiungendo:

Ipſe te liniat Chriſmate ſalutis, in Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro, in vitam æternam, Amen.

Tunc imponendo albam veſtem capiti baptizati, dicat Sacerdos:

Accipe veſtem candidam, ſanctam, & immaculatam, quam perferas ſine macula ante tribunal ſanctæ Trinitatis, vt habeas vitam æternam, Amen.

Poſtremò ponat Sacerdos cereum ardentem ad dexteram manum baptizati, & eum nominando, dicat:

N. Accipe lampadem ardentem, irreprehenſibilem, cuſtodi Baptiſmum tuum, ſerua Dei mandata: vt cum Dominus ad nuptias venerit, tu poſſis occurrere ei, vnà cum omnibus ſanctis eius, in aula cæleſti, habeaſq; vitam æternam, & viuas cum eo in ſæcula ſæculorum, Amen.

Vade in pa ✠ ce, fides tua te ſaluum (ſaluam) fecit.

INSTRVCTIO PRO CONFIRMATIONIS SACRAMENTO, de his, quæ agenda ſunt ſacerdoti parocho.

I.

QVanquam Confirmationis ſacramentum parum videatur pertinere ad Paſtores, cum ſolus Epiſcopus ſit eius ordinarius Miniſter, Paſtoris tamen eſt populum cohortari & præparare, vt poſt baptiſmum ad eius piam & dignam ſuſceptionẽ feſtinat, quo plenè Chriſtiani inueniantur; & corda eorum ad illud robur dilatentur.

2. Confirmationis Sacramentum inde nomen habet, quoniam qui baptizatus eſt, cum ab Epiſcopo ſacro Chriſmate vngitur, accepta noua virtute, firmior, & perfectus Chriſti miles eſſe incipit.

DE MATERIA.

3. Materia huius Sacramenti eſt Chriſma, ex oleo & balſamo confectum, & Epiſcopi conſecratione, ex Chriſti inſtitutione, teſte Fabiano Pontifice & martyre, ſanctificatum. Oleum, quod pingue eſt & diffluet, gratiam à Chriſti capite manantem ſignificat. Balſamus, cuius odor iucundiſsimus eſt, & contra putrefactionem valet, declarat ſuauitatem virtutum, quæ in Cofirmatione conferuntur, quibus fideles à peccatorum ſordibus defenduntur, & famam odoremq; ſanctæ vitæ cum maximorum ædificatione diffundunt.

DE FORMA.

4. Forma: Signo te ſigno crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

DE MINISTRO.

5. Ordinarius Miniſter eſt Epiſcopus: nam Cum au-

diſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum. Tunc imponebant manus ſuper eos, & accipiebant Spiritum ſanctum. Act. 8. Et cum impoſuiſſet manus illis Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos. Act. 19.

DE PATRINIS.

6. Adhibetur in hoc Sacramento Patrinus eodem modo, quo in Baptiſmo fieri debere dictum eſt; nam ſicut noui milites in bellis corporalibus duce aliquo vtuntur, cuius conſilia ſequantur; ſic in ſpirituali militia deſcenſurus in certamen, duce ac monitore eget.

7. Eadem autem & eodem modo contrahitur cognatio ſpiritualis matrimonium impediens, & dirimens iam contractum, ſicut ante de Baptiſmo dictum eſt, vt ſcilicet cognatio huiuſmodi ſolum ſit inter Patrinos & Confirmatum, illiuſq; patrem & matrē, nec non inter confirmantem & confirmatum, confirmatiq; patrem & matrem, vt ſtatuitur in Conc. Trident. ſeſs. 24. de refor. matrim. cap. 2.

8. Non confirmatus, non debet eſſe Patrinus, aut tenere alium ad Confirmationē; nec excommunicatus, nec hæreticus, nec publicè criminoſus, De conſ. diſt. 4. can. 102. In baptiſmate.

9. Quilibet confirmatus poteſt non confirmatum tenere eiuſdē vel alterius ſexus, niſi quòd vir vxorem ſuam, nec vxor virum ſuum tenere non poſsit; quia contraheretur cognatio ſpiritualis, impediens vſum matrimonij.

10. Plures Patrini eſſe non debent, can. Non plures. de conſec. diſtinct. 4.

DE AETATE ET QVALITATE CONFIRMANDORVM.

11. Omnibus fidelibus poſt baptiſmum Confirmationis ſacramentum adminiſtrari poteſt, expedit tamen exſpectari

vſum rationis, qui ante ſeptennium communiter non apparet: nam pueri, qui eo carent, ad pugnam ſpiritualem nondum ſunt idonei. Si qui verò iam adulti ætate confirmandi ſunt, ſi ex hoc ſacramento gratiam conſequi volunt, cum pœnitentia & deteſtatione preteritorum peccatorum accedere debent, & non ſolum à Paſtoribus ad Confeſſionem, ſed etiam ad ieiunia, & alia pietatis opera cohortandi ſunt, vtq; non niſi ieiuni hoc Sacramentum ſuſcipiant, iuxta laudabilem antiquæ Eccleſiæ conſuetudinem. De qua can. Vt ieiuni. de conſec. diſtinct. 5.

Cathech Roman. ad Paro. de Confir. c. 4.

DE EFFECTV CONFIRMATIONIS.

12. Dignè ſuſcipientib⁹ gratiā confertur, & peccata, quę cū gratia nullo modò eſſe poſſunt, remittūtur. Gratia baptiſmatis perficitur & augetur, vt timore & pudore depoſito gaudeant etiam pro Chriſti nomine pati, vt patet exemplo Apoſtolorum, qui cum in paſsione fugerent, in die Pentecoſtes induti virtute ex alto, & repleti Spiritu ſancto, inter tormenta & contumelias gloriabantur. Nam, vt ait Melchiades Papa, In Baptiſmate homo ad militiam recipitur, & Cōfirmatione armatur ad pugnam: in Baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur: Baptiſmus regenerat ad vitā, Confirmatio inſtruit & armat ad agones & victoriam.

In Epiſt. ad Hiſp.

13. Imprimitur præterea Character: quare nullo vnquā tempore iterari poteſt, & hoc charactere tanquam ſigno quodam diſtinguitur Chriſtianus à gentili, vt in Baptiſmo, ſed hic fortis Chriſtianus, & bellator ab imbelli, & miles ab eo, qui nondum eſt idoneus ad militiam.

DE CAEREMONIIS ET RITIBVS huius Sacramenti.

14 Signum crucis fronti ab Epiſcopo imprimitur, tanquam ſymbolum militiæ Chriſtianæ.

15. A lapa maxilla leuiter percutitur, vt meminerit Chriſtianus miles inter perſecutiones & opprobria Hæreticorū

& aliorum perſecutorum atq; infidelium, Chriſti nomen eſſe liberè profitendum & prædicandum.

De cõſ. diſtin. 4. canõ Si quis voluerit.

16. Confirmati frons faſcia linea, propter reuerentiam Chriſmatis, triduò circumligatur: quo peracto ſale & aqua lota fronte, eadem faſcia per Sacerdotem (ſi haberi poteſt) ſoluitur & comburitur, ſed nec in ligando, nec ſoluendo vlla affinitas aut cognatio contrahitur. Et meminerint hoc frontis velum, ſicut & myſticam alapam, ſymbola eſſe, animi ad omnia opprobria & aduerſa parati, pro nomine Chriſti, cuius facies velata eſt, & alapis cæſa.

17. Qui baptizatum Epiſcopo ad hoc Sacramentum ſiſtunt, moneantur, vt monitoris & Ducis militiæ ſacræ vices ſubeant: is autem qui ſiſtitur Chriſtianus, ſciat ita ſe perfectionem per gratiam Spiritus ſancti aſſecutum; vt tamen non ſibi fidat, ſed aliorum prouectiorũ conſilia libenter audiat & amplectatur ad bonum fidei certamen certandum.

18. Præmoneat Parochus conſignãdos, vt à loco Sigilli ſacri nõ recedãt, niſi vltima Epiſcopi benedictione percepta.

Hæc à Paſtoribus populo maximè circa feſtum Pentecoſtes, & quando Epiſcopi aduentus ad Confirmationis ſacramentum adminiſtrandum exſpectatur, diligenter exponenda ſunt, vt tanto diligentius & cupidius ad tantam gratiam ſeſe præparet.

MODVS ABLVENDI DESICCATVM

Chriſma tertio die poſt ſuſceptam Confirmationem.

Sumat N. ſal, & aquam mundam fundat in peluim, & dicat:

Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum & terram.

Sit nomen Domini benedictum.

Reſp. Ex hoc nunc & vſq;, &c.

Hic mittat faſciã, qua frõs fuit ligata, in aquã, & huiuſmodi madida faſcia lauet frontẽ Cõfirmati faciendo cruce, dicẽs:

Ab omni immunditia mentis & corporis

mundet te Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

Deinde dicat:

Pax ✠ tecum. Vade in pace, Amen.

Aqua ablutionis mittatur in cœmiterium, vel in oſſoriũ, aut flumen, vel in focum, & nõ in locum immundum; ob reuerentiam ſacri Chriſmatis.

Die jenigen ſo nicht Latein verſtehen/mögen auff dieſe weiſe den Chriſam oder Firmung abwäſchen.

ERſtlich ſol N. Saltz vnd friſch rein Brunnenwaſſer/es ſey kalt oder warm/ in ein rein Becken oder ſunſt Geſchirr gieſſen/ vnd dann die Binden/ damit dem Kind die Stirn gebunden geweſt/ aufflöſen/ vnd in das Waſſer werffen. Darnach als die Binde naß iſt worden/ widerumb herauß thun/ ein wenig außdrucken/ vnd alſo mit der naſſen Binden dem Kind ein Creutz an die Stirn/ da der Biſchoff den Chriſam hin geſtrichen/ machen/ vnd ſprechen:

Im Namen des Vatters/ vnd des Sohns/ vnd des heyligen Geiſts/ Amen. Gott der Himliſch Vatter wölle dich reynigen von aller vnreinigkeit der Seelen vnd des Leibs/ auff daß du haben mögſt das ewig Leben. Durch Jeſum Chriſtum vnſern Herren/ Amen.

Der Fried ✠ ſey mit dir. Gehe hin im friede/ Amen.

Nach dem die Abwäſchung der Firmung alſo beſchehen/ ſol das Waſſer auff einen Kirchhoff/ oder in ein Beinhauß/ flieſſend Waſſer/ oder Fewr geſchütt werden/ vnd nicht etwan an ein vnrein Orth/ von wegen der wirdigkeit des heyligen Chriſams.

INSTRVCTIO DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

Seſs. 14. cap. 2

VEriſsimè à Tridentina Synodo dictum eſt, ſacramentum Pœnitentiæ non ſecus lapſis poſt Baptiſmum, ac baptiſmus ipſe non regeneratis, ad ſalutē neceſſarium eſſe; ſicuti enim hic prima & vnica ad ſalutem ianua eſt, ita & Pœnitentia, teſte Hieronymo, relapſis ſecunda & vnica poſt naufragium tabula eſt.

In 3. capit. Iſai

POENITENTIA EST SACRAMENTVM.

POenitentia eſt Sacramentum Eccleſiæ vnum ex ſeptem; quia eſt ſignum viſibile gratiæ inuiſibilis, nempe remiſſionis peccatorū. Signum viſibile, vt in cæteris Sacramentis, conſiſtit in elemento & verbo, ſiue, quod idem valet, in materia & forma.

MATERIA.

IN eo hoc Sacramentum ab alijs differt, quod aliorum ſacramentorum materia ſit res aliqua naturalis, vel arte affecta, ipſius verò Sacramenti loco materiæ ſunt actus ipſi pœnitentis: Contritio cordis, Confeſsio oris, Satisfactio operis. Hæ quoque partes Pœnitentiæ vocantur.

FORMA.

FOrma huius Sacramenti conſiſtit in verbis Abſolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit: *Ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis* Omnia alia, quæ præmittuntur & ſubſequuntur, ad ſolemnitatē ſacramenti, nō neceſsitatē pertinent; quę tamen nō ſunt prętermittenda.

FINIS ET EFFECTVS.

FInis & Effectus huius Sacramenti eſt, abſolui à peccatis, & reconciliari Deo, in eius gratiam redeundo: ex quo ſequitur liberatio à pœnis inferni, & in ijs, qui deuotè confitentur, pax & tranquillitas conſcientię, & augmentum donorum Dei.

MINISTER

MINISTER.

LIcet vt in alijs ſacramentis principalis author & primaria cauſſa ſit Deus Chriſti meritum intuens, ſecundaria tamen & inſtrumentalis eſt Miniſter, qui ſacerdos eſſe debet, habens authoritatem abſoluendi ordinariam, quales ſunt Paſtores habentes curam animarum, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Papa: vel ex delegatione ſuperioris, vt ſunt omnes ij, quibus ea poteſtas à Paſtoribus, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & à Papa committitur.

DE MINISTRI SIVE CONFESSARII QVALITATE.

QVamuis omnis ſacerdos in ordinatione, præter conſecrandi & offerendi poteſtatem, etiam clauium, hoc eſt, ligandi & ſoluendi peccata, poteſtatem accipiat: non tamẽ ea vti poteſt, niſi hæ quinque qualitates in eo plenè concurrant, vt ſcilicet, Scientia, Poteſtate, Bonitate, Prudentia, & Secreti fide præditus ſit.

DE SCIENTIA CONFESSARIO NECESSARIA.

1. Vt inter peccata, & non peccata: inter mortalia, & venialia in communi diſcernat. Mortalia in communi, ſiue ex genere ſunt, quæ contra charitatem Dei & proximi, hoc eſt, contra decem præcepta admittuntur. Nouerit etiam, quæ quibus ſint grauiora.

2. Vt ſciat caſus reſeruatos, & eas excommunicationes, à quibus non poteſt abſoluere. Item quibus caſibus ſit iteranda confeſsio; & reliqua, de quibus in hac Inſtructione dicetur.

3. Vt ſciat dubitare in difficultatibus, & doctiores interrogare, & abſolutionem non præcipitare, ſed donec peritiorum reſolutione edoctus ſit, ſuſpendere.

DE POTESTATE.

TRiplex poteſtas audiendi Confeſsiones eſt neceſſaria. Prima, Ordinis, vt ſit ſacerdos ritè cõſecratus. Secunda, Iuriſdictionis, ordinaria, vel delegata, vt ſcilicet, poteſtas

audiendi confeſsiones ei concedatur ab eo, qui poteſt. Tertia, Libertas, vtendi ea poteſtate iurisdictionis, quæ per excommunicationem & ſuſpenſionē impeditur. Quia enim Sacramentū Pœnitentię eſt iudiciale, & Cōfeſſarius eſt iudex, qui non habet authoritatē niſi in ſubditos, ſicut fit in externis iudicijs, ob id nemo poteſt abſoluere, niſi ſibi ſubiectum.

Ordinariam iurisdictionem & authoritatem habent, qui præpoſiti ſunt plebi gubernandæ in ſpiritualibus, vt Papa, qui poteſt omnes Chriſtianos audire. Epiſcopus, omnes de ſua diœceſi. Paſtor, omnes ſuos Parochianos.

Delegatam poteſtatē & iurisdictionem habent ij, quibus ab iſtis committitur; vt ſi proprius Paſtor permittat ſuis, vt cōfiteātur idoneis, & ab Epiſcopo probatis, quib' voluerint.

Vſus porrò poteſtatis vel Iurisdictionis talis, vt dictum eſt, per excommunicationem, ſuſpenſionem, degradationem, &c. impeditur: quare abſolutio à talibus collata, nulla eſt, maxime ſi ſint ſuſpenſi, vel excōmunicati nominatim vel propter percuſsionē ſiue violentiā in Clericū notoriā.

Seſs. 23. capit. 15. de refor. Propter Concilium Tridentinum quarto loco addendum eſt, nullum etiam Regularem, ſiue cuiuſcunq; religionis Sacerdotem poſſe confeſsiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad idem idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem obtineat.

A non proprio Sacerdote abſolui poſſunt.

Primò, qui nuſquam habent certum domicilium; cuiuſmodi ſunt vagabundi.

Secundò, qui ſunt conſtituti in neceſsitate ratione articuli mortis: quia in eo nulla cenſura aut peccatū eſt reſeruatū. (Cōc. Tridēt. ſeſs. 14. c. 14.) Extra quem articulum, Sacerdotes, cum nihil poſsint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitētibus perſuadere nitantur,

vt ad

vt ad ſuperiores legitimos iudices, pro beneficio abſolutionis accedant.

Tertiò, qui habent facultatem à iure conceſſam eligendi quem velint Confeſſariū; vt Epiſcopi omnes & Prælati, inferiores exēpti; & multi alij, quibus hoc eſt à Papa cōceſſum. Paſtores Decano ſuo rurali confiteri debent tanquam proprio confeſſario. Et Sacerdotes, qui habitant in parochijs, paſtoribus ſuis. Nemo quoque abſolui ab excommunicato nominatim factu poteſt, & ſi fiat, abſolutio nulla eſt, & irrita.

DE BONITATE.

BOnitas & puritas conſcientiæ neceſſaria eſt Confeſſario. qui enim conſcius ſibi peccati mortalis audiret ſine contritione confeſsionem, peccaret mortaliter, propter ſacrilegium & irreuerentiā Sacramenti: quamdiu tamē toleratur ab Eccleſia Paſtor, eius peccata non obſunt pęnitētibus.

DE PRVDENTIA

PRudentia neceſſaria eſt Confeſſario ad quatuor.

Primò, vt ad integrè confitendum, & aperiendam conſcientiam ſuam inducatur peccator.

Secundò, ad interrogandum & inquirendum, ne incautus ſit; maximè apud pueros & mulieres, ne doceat eos, de quibus non cogitarunt.

Tertiò, ad inducendum confitentem ad veram contritionem, & dolorem peccatorum.

Quartò, ad imponendam conuenientem pœnitentiam & ſatisfactionem, & adhibenda remedia ſalutaria accōmodata. Prudens quoque Confeſſarius propter nullum peccatum quantumuis graue, minus benignam faciem oſtendet pœnitenti poſt confeſsionem quam ante.

DE SECRETO CONFESSARII.

ADeò debet ſecretus eſſe Confeſſarius, vt nullius præcepto, nullius periculi timore, nullius cōmodi vel lu-

cri amore, quouis etiam modo vel colore manifeſtet, quæ in ſola confeſsione vel mortalia vel venialia, vel ad infamiā ſpectantia audiuit. Et poteſt dicere & iurare, ſe neſcire: quia illa neſcit, vt homini ſubiectus, licet magnum aliquod malum immineat, ſi non reueletur. Videatur Toletus lib. 3. cap. 16. ſummæ caſuum.

Sigillum confeſsionis eſt ſecretum ſecretorum, fundatū in iure diuino, naturali, & humano. Nauarr. cap. 8. Enchir.

Secreto, & obligatione ſecreti non ſolum obligatur Cōfeſſarius, verum etiam omnes illi, qui confeſsionem ſacramentalem factam audierūt, intellexerunt, licitè vel illicitè, mediatè vel immediatè; ſiue ſint clerici, ſiue ſint laici; ſiue viri, ſiue fœminæ. Thom. in 4. diſt. 21. Nauar. cap. 8.

Secretum confeſsionis obligat etiam poſt mortem pœnitentis. Thom. 22. quæſt. 33. art. 2. Nauar. ſuprà.

De licentia tamen confitentis, & citra ſcandalum poſſunt audita reuelari in certis caſibus, & pro grauiſsimis cauſis. Thom. 4. in. diſtin. 2. queſt. 3. art. 2. Gerſon tamen credit melius eſſe, vt ipſemet pœnitens reuelet factum ſuum, ne ſacerdoti licere putetur, aliquando reuelare cōfeſsionē.

Valdè notandum eſt, quod ſcribit Gerſon tract. 34. de grauitate peccati eius, qui prodit confeſsionem, ſeu auditum in ea peccatum: Hoc, ait, enormiſsimum eſt & peſsimum, & putarem minus malum, plures apoſtatare à religione profeſſa; & nō poſſet dari pęna illi peccato ſufficiens. Et quod item Dominicus de Soto ſcribit. lib. 5. de iuſtit. & iure, queſt. 6. art. 2. his verbis: Perſuaſiſsimum Chriſtianis eſſe debet, ſecretum illud nulla ratione reuelari poſſe, nec magis quàm ſi ſolus Deus ſciret, aliàs apertiſsimo periculo exponeretur ſacroſanctum Sacramentum, vt homines nō auderent ſua illic patefacere crimina.

Hæc de Miniſtro huius Sacramenti: nunc de tribus illis partibus pœnitentię breuiter, & primò

DE CONTRITIONE.

Contritio, eſt vehemens animi dolor, quo pœnitens deteſtatur & dolet de omnibus peccatis commiſsis, propter Dei ſupremi boni offenſam, cum firmo propoſito amplius non peccandi, & voluntate confitendi & ſatisfaciendi iuxta Eccleſiæ arbitrium, nec non ſcandalum datum reparandi, & cauſſas omnes recidiui penitus amouendi.

Dolor iſte debet eſſe vehemens. nam quælibet attritio non ſufficit:

Debet eſſe de omnibus peccatis: nam ſicut Confeſsio debet eſſe integra, ſic & contritio: ſi enim vnicum peccatum non diſplicet, non eſt contritio.

Debet iſte dolor concipi propter Deum offenſum: nam dolere propter creaturas, vel propter damnum, vel infirmitatem, non eſt contritio.

Debet habere firmam voluntatem amplius non peccandi; quia fucata voluntas non eſt contritio, ſed hypocriſis.

Debet habere voluntatem ſatisfaciendi: nam pœnitens debet veluti ſibi mori, & ſe ſuæque animæ ſtatum iudicio Confeſſarij, tanquam ſuo medico ſanandum, & ſuam conſcientiam cauterizandam relinquere.

Debet velle ſcandalum datum reparare: nam concubinarius vel concubina, quamdiu ſimul viuunt, nec ſeparantur, non ſunt contriti, nec debent abſolui. Similiter vſurarius, ſimoniacus notorius, &c. niſi per vſuram ille, hic per ſimoniam acceptum velit reſtituere.

Debet cauſſas ſecretas recidiui amouere: quia etſi peccatum ſit ſecretum, & per conſequens nullum ſit ſcandalum, quamdiu tamen cauſſam propinquam peccati non amouet, non eſt contritus, nec venit abſoluendus. Veluti ſi quis ſecretò domi pellicem haberet, quæ nec vterum geſtaret, nec alioqui ſcandalum daret.

QVANDO SIT NECESSARIA CONTRITIO.

Hæc porro Contritio ſic deſcripta, neceſſaria eſt, quandocunq; poſt admiſſum peccatum homo ſtatim vult à peccato liberari. In ſpeciali tamen pręterita mala tenemur deteſtari

Primò, in periculo aliquo vitæ, veluti tempore peſtis, belli nauigationis periculoſæ, puerperij, &c.

Secundò, cum agendum eſt aliquid, quod conſcientiæ puritatem requirit. Vt quando ſunt adminiſtranda vel ſuſcipienda ſacramenta.

Tertiò, cùm Eccleſia & populus Chriſtianus graui aliquo periculo laborat, propter iram dei pœnitentia placandam.

DE CONFESSIONE.

COnfeſſionis neceſſitatem præter alias rationes verba Concilij Tridentini ſatis euincunt. Si quis, inquit, Cõcilium, negauerit confeſſionem ſacramentalem iure diuino eſſe inſtitutam, ad ſalutem neceſſariam: Anathema ſit.

Ea autem eſt actus virtutis Pœnitentiæ, quo particularis, diſtincta ac voluntaria peccatorum omnium, quę memorię occurrunt, fit cum iuſto animi dolore manifeſtatio, cum ſubmiſſione ſacerdoti poteſtatem clauium habenti facta, cum ſpe veniæ, & propoſito in poſterum cauendi & iniunctam pœnitentiam adimplendi.

Hæc Confeſſio, vt cum magno fructu & vtilitate fiat, has debet habere qualitates & conditiones. Primò, vt ſit

1. Humilis
- Quantũ ad effectũ, vt Confeſſario & diuino iudicio pænitens ex animo humili ſe ſubmittat.
- Quantum ad linguam, vt cum reuerentia & tremore, quaſi corã Chriſto peccata ſua exponat.
- Quantum ad actus exteriores, vt aperto capite, flexis genibus, depoſitis armis (ſi quæ geſtet) ſe proſternat.

2. Pura; vt fiat propter rectum finem, ad Dei gloriam, & animæ cum Deo offenſo reconciliationem ac gratiam impetrandam. Et pura; vt non dicantur aliena & impertinentia, ſed ſola peccata propria.

3. Fidelis, hoc eſt, verax; vt certa pro certis, dubia pro dubijs dicantur.

4. Frequens; nam licet Eccleſia non præceperit ſæpius confiteri quàm ſemel in anno; conſideret tamen quilibet Chriſtianus, quantum detrimenti in anima patiatur ex tam rara confeſſione, propter obliuionem multorum peccatorum; propter infirmitatem humanam & ſępius peccandi conſuetudinem, quæ per frequentem confeſsionem corrigi & tolli poſſent; propter pericula incertæ mortis: quare etiam eſt vtile, vt ſit confeſsio accelerata, id eſt, vt ſtatim fiat poſt peccatum aliquod graue & mortale admiſſum.

5. Nuda, hoc eſt, aperta & clara, non obſcura, ſine inuolucris & ambagibus.

6. Diſcreta, hoc eſt, prudens; vt ſcilicet confitens prudenter & diſcretè ſe habeat in peccatis recenſendis, in modo confitẽdi & dicendi, in quęrendo bono & docto cõfeſſario.

7. Lubens & voluntaria, non ex conſuetudine tantum, non ex timore humano, pręcipuè infamiæ, vel alterius incommodi, ſed ex vero ſalutis propriæ deſiderio.

8. Verecunda, hoc eſt, erubeſcens. Erubeſcere enim debet peccator, primum apud ſe propter turpitudinem, fœditatem, grauitatem, numerum ſuorum peccatorum; & offenſionem Dei. Deinde apud Sacerdotem; ne quaſi iactitando vel narrando hiſtoriam, dicat peccata, ſed humiliter, reuerenter, & cum pudore.

9. Fortis, hoc eſt, vt conſtanti animo, & reconciliationis deſiderio pudorem vincat & metum, neque præ verecundia vlla vel metu peccatum vllum, quantumuis graue

vel fœdum, neque circumſtantiam vllam notabiliter aggrauantem omittat.

10. Accuſans, hoc eſt, imputans ſibi ipſi peccatum: non enim debet confitens reijcere culpam in alium, multò minus in Deum, in cælum, mundum, Diabolum, carnem, vel in propriam complexionem; quia hoc eſſet ſe non accuſare, ſed excuſare.

11. Parére & obedire parata; nempe vt pœnitens ſit paratus ſuſcipere & implere pœnitentiam & ſatisfactionem, pro peccatis à Sacerdote iniunctam.

Hæ conditiones ſanctæ ſunt à Paſtoribus populo ſæpè proponendæ, vt diſcat & aſſueſcat in confitendo eas obſeruare & adhibere. Non tamen ita ſunt neceſſariæ, vt duæ quę ſequuntur, ſine quibus iteranda eſſet confeſsio facta.

12. Lachrymabilis, hoc eſt, cum contritione & dolore. Ad dolorem & contritionem veram duo requiruntur. Primum, vt peccata omnia & ſingula præterita & cōmiſſa animo prorſus deliberato relinquat, ea defleat, deteſtetur, & odio habeat, idq; propter Dei ſummi boni offenſam. Secundum, vt proponat in futurum omnia cauere, & omnem peccandi occaſionem quouismodo auferre, abijcere, vitare & præſcindere. Quæ omnia ad contritionem requiſita, ſi pœnitens ex animo non praſtet, Sacerdos nullo modo abſoluat, ſed dicat illi: Amice, bene facis, quòd oſtendas te habere bonam voluntatem emendandi te, & quia id potes, vade & ſtatim re ipſa præſta, quamdiu es in iſta ſancta voluntate. Cogita infernum repleri multis bonis deſiderijs (ſicut dicit quidam pius) cęlum autem ſolis bonis operibus. Vide etiam, ne patientia & bonitate Dei tui abutaris, & per impœnitentiam & duritiam cordis tui theſaurizes tibi iram Dei. Prouoca & excita itaq; cor tuum ad veram ipſius, & ſtatus animæ tuæ & periculi, in quo verſaris, cognitionem: hucq; vbi veneris, & te aliquo vſq; tactum & melius diſpoſitum cognoueris, iſthuc redi, à me placidè & paterno vultu

recipiendus, audiendus, & abſoluendus. Dare debet tamen Sacerdos operam, & pœnitenti grauitatem peccatorum ſuorum proponere: Primum oſtendendo in genere, quàm graue ſit peccatum mortale, ex iudiciorum Dei ſeueritate & magnitudine contra Luciferum, contra primos Parentes, & totũ genus humanum, propter vnius præcepti inobedientiam: Ex pœna debita cuilibet peccato mortali, quo perditur gratia Dei, & regnum æternæ beatitudinis: Ex remedii quoque difficultate.

Agreſtiores & duriores etiam obiurgandi, corripiendi, caſtigandi & increpandi ſunt, & ad reſipiſcentiam quodammodo compellendi: Sapientiores verò, & vrbaniores, qui animo videbuntur tractabili, blandè, & cum dexteritate tractandi, lucrandique erunt, & ad perfectum pœnitentiæ conſequendum fructum perducendi, proponendo quod ſi in tali peccato fuiſſent mortui, vbi eſſent.

13. Integra. Omnia enim & ſingula mortalia peccata, quorum ſibi quiſque conſcius eſt, quantum per fragilitatem fieri poteſt, etiam Sacerdoti confiteri oportet: Deus enim ſicuti dimidium neſcit dare veniæ; hoc eſt, vnum ſine alio peccatum dimittere; ita Sacerdos vnum ſine alio peccatum abſoluere nec poteſt, nec debet. Neceſſe eſt ergo, numerum peccatorum mortalium exactè confiteri, quia non minus eſt peccatum decimum, quàm primum: & qui in vno offendit, factus eſt omnium reus, teſte Iacobo. Iacob. 2. Hic tamen faſtidium & tædium omne vitandum eſt. Quando numerus dubius eſt, & ignotus pœnitẽti, dicat eo modo, quo aptiſsimè poterit, manifeſtando tempus, quo in peccato perſtiterit, ac illud continuauerit.

Vt autem integra ſit confeſsio, non ſolùm neceſſe eſt, vt confitens nihil prætermittat, volens & ſciens, vel ex verecundia, vel ex timore aut puſillanimitate, vel alia quacunq; cauſſa illicita: ſed neceſſe quoq; eſt, vt diligenter conſcientiam examinando ſe præparet ad confeſsionem, conſideratis temporibus, locis, perſonis, negocijs, cum quibus, & in quibus ab vltima confeſsione verſatus ſit.

DE INTERROGATIONIBVS.

Si confitens omittat aliquid neceſſarium ad confeſsionis integritatem, tenetur Confeſſarius interrogare, alioquin grauiter peccat, ſi cauſſa non benè cognita ſententiam temerariam ferat & abſoluat, quem alioqui abſoluere non deberet. Vbi autem prudens Confeſſarius bona fide iudicat non eſſe opus interrogatione, nó peccat, ſi nihil interroget.

QVID INTERROGANDVM ANTE CONFESSIONEM.

Primò, ſi ignoret, an pœnitens ſit de ſuis ſubditis, aut parochianis.

Secundò, an ſit paratus relinquere omnia peccata, & peccatorum occaſiones; & an doleat de illis. Item, an ſit excommunicatus.

Tertiò, an ſit benè paratus ad confitendum; an conſcientiã diligenter diſcuſſerit. Si nó dimittendus erit, vt ſe melius diſcutiat, conſtituto ei tempore, quo redeat. Si tamen mors vel phreneſis immineret; vel non ſit veriſimile, quod redibit ſemel dimiſſus; vel ſi dicat aliquo modo (licet obiter ſatis) ſe diſcuſsiſſe ſuam conſcientiam, audiendus erit, monẽdusq;, vt in poſterum diligentius ſe præparet, & ea, quorum recordatur, ſincere dicat cum vera humilitate & diſplicentia peccatorum.

Quartò petat, an fecerit pęnitentiam iniunctam & an integrè confeſſus ſit cum debita contritione in præteritis cõfeſsionibus. Nàm ſi videtur iteranda, hortetur eum, vt ſe præparet, & tempus ſumat ad omnia confitenda.

Quintò petat etiam (ſi neſciat) ſtatum confitentis, conditionem, & officium eius, vt aptius cum eo procedere poſsit. Non enim eadem interroganda ſunt ex laicis & clericis, mercatoribus & Doctoribus.

Sextò, petat etiam, à quo tempore non ſit confeſſus.

DE INTERROGATIONIBVS IPSIVS CONFESSIONIS.

Ante interrogationes ipſius confeſsionis, iubeat Cõfeſſarius pœnitentem dicere peccata ſua, eo modo quo poteſt, eumq́; quam diu dixerit quod meminit, audiat patienter, attentè, & ſine interruptione, niſi fortè videretur monendus obiter (ſi erraret in eo) ne perſonam aliquam confitendo nominet; vel non dicat ſuperflua, & ad rem non pertinẽtia.

Deinde, propoſita ſpe miſericordiæ hortetur eum, vt verè, integrè, ac liberè reſpondeat ad interrogata: quod cum pueris & mulieribus maximè eſt neceſſarium, ne quid propter verecundiam taceant, nec dicant amplius quam ſciunt, ſed certa pro certis, dubia pro dubijs, prout ipſi meminerint.

In interrogationibus eſt cauendum, ne ita apertè & explicitè interroget quæ communiter non ſunt nota, vt doceat pœnitentem quæ neſcit. Ideò à longe procedere oportet, vt qui de cogitationibus & verbis turpibus negat, non eſt quod de factis obſcœnis & inhoneſtis interrogetur.

Qui diligenter ſe examinaſſe videntur, non ſunt multis interrogationibus moleſtandi.

Interrogando diſcurrat, per decem præcepta, & peccata capitalia, quæ in decem præceptis non ita manifeſtè continentur, vt ſuperbia, acedia gula, &c.

Et quia octauum, nonum & decimum præceptum, ad quintum, ſextum & ſeptimum facile referri poteſt, breuitatis cauſa de ſeptem tantum præceptis ſequẽtes verſus, ex quibus confeſſarius inſtrui ad interrogandum poſsit, notentur.

CIRCA PRIMVM PRAECEPTVM.

Corde, vel ore negans, errore, aut ſchiſmate ductus,
Anceps, blaſphemus, qui tentat, qui malè cultor.
Quemq́; ſuperſtitio grauat, aut cum demone pacta.
Deſperans, malè confidens, mundiq́; timore
Recta ſilens, propriæ ignorans præcepta ſalutis.
Terrenis hærens nimium, ac diuina peroſus.

Circa ſingula præcepta ordo ſeruetur: vt primò de cogitationibus, ſecundò de verbis, tertiò de operibus, quartò de omiſsionibus fiat interrogatio.

Circa primum ergo præceptum interrogandum eſt de fide Catholica, ſpe & charitate: de hæreſi, & libris hæreticorum, an habeat, an legat. Item de deſperatione, præſumptione, quando ſine pœnitentia venia ſperatur, aut differtur in ſenectutem. De tentatione Dei, qua miracula non neceſſaria expetuntur. De blaſphemia Dei ac Sanctorũ. De murmuratione contra Deũ vel Sanctos. De diuinis, ſagis, maleficis, qui de rebus amiſsis, vel furto ſublatis conſulunt vel conſuluntur. Item, qui remedijs ſuperſtitioſis febres, aliosq; morbos hominum & pecorum per incantationes curant, ſeu curare tentant. Huc etiam pertinent peccata eorum, qui nimis affecti ſunt ad temporalia.

Et peccata per omiſsionem; quando timore oblocutorum & irridentium omittit quis debitum Dei cultum; vel non audet ſe oſtendere Catholicum; abſtinere à carnibus diebus ſtatutis; vel quando ignorat, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, vt decem præcepta legis, quinq; Eccleſiæ; Credo, Pater noſter.

CIRCA SECVNDVM PRAECEPTVM.

Qui violat promiſſa Deo? quiq; aſſerit audax
Iurando falſa, aut temerè, quiq; improba vouit
Iurauitq;, alios nec ad id traxiſſe veretur.

Hic peccant, qui ſcienter affirmant falſum.

Item, qui promittendo iurant, nec intendunt ſeruare.

Item, qui iurant facere, quod ex ſe peccatum eſt; vel non facere, quod bonum eſt.

Item, qui temerè & irreuerenter in rebus leuibus per iocum, & ſine cauſa iurant.

Item, qui vouent rem illicitam, vel licitam propter malum finem, qui votum violant. Et in ſumma, de votis & iuramentis atq; promiſsionibus hic ſunt pœnitentes diligenter examinandi.

CIRCA TERTIVM PRAECEPTVM.

Quicquam operor vetitum, iniuſſum, & ieiunia linquo.
Non perſoluo preces, vetitis me immiſceo ſacris.
Cum teneor non accedo, loca polluo ſacra.
Sacratas violo res, perſonasq́; prophanus.

Specialiter tum peccatur contra hoc præceptum, quando violantur feſta per opera externa ſeruilia, vel id fieri mandatur,

Item, qui conſumunt dies feſtos in vanis; qui abutuntur ſacramentis, vel rebus ſacris,

PER OMISSIONEM.

Qui miſſam & conciones negligunt, vel irreuerenter audiunt.

Qui non ſeruant ieiunia præcepta, qui vtuntur cibis prohibitis.

Qui non dicunt horas, ad quas tenentur: vel vagantur mente, vel interim ſe alijs occupant.

CIRCA QVARTVM PRAECEPTVM.

Non veneror, non morigeror, non adiuuo patrem.
Coniunctosq́; pius faueo, aut humanus egenos.
Cui teneor obedire, & quem obſeruare recuſo;
Proq́; bonis ſæpe ingratus contraria reddo.

Hic peccant, qui cogitationibus, verbis aut factis parentes & quoſuis alios ſuperiores offendunt, non honorant, non ſubueniunt in neceſsitatibus, qui optant mortem eorum, vel indignantur ſanguine iunctis.

Qui contra teſtamenta, contra Principes, contra publica ſtatuta faciunt.

Ingrati contra benefactores, ſiue viuos ſiue mortuos. negligētes erga filios, domeſticos, famulos, & in his maximè quæ ad Dei cultum, ad Miſſam, ad conciones, ad ſalutē pertinent. Item, in humani aduerſus pauperes,

CIRCA QVINTVM PRAECEPTVM ET OCTAVVM.

Ex odio mortem, vel corporis infero damna.
Quæro inimicitias, pugnans, iniuſtaq́; bella.

Inuideo, accuſo falſé, malè detraho famæ
Vindictam iratus meditor, conuicia, rixas.
Ad peccata alium induco, me ſpontè periclis
Offero, me cædo impatiens, mortèmue peropto.

Huc pertinēt Procuratio ſterilitatis, vel abortus; homicidia, mutilationes, bella iniuſta, punitiones & correctiones innocētum, vel grauius, vel leuius quàm delicta merentur; iræ, vindictæ, vltiones.

Omiſsione hic peccant, qui non iuuant alios quando poſſunt & tenentur.

CIRCA SEXTVM PRAECEPTVM ET NONVM.

Extra coniugium Veneri qui cedit iniquæ.
Alterius violare thorum qui mente paratus,
Qui loquitur laſciua, animo qui turpia verſat.
Per viſus, nutus, tactus malè tendit adulter
Ad ſcelus, inceſtum admittit cum ſanguine iuncta,
Cumq; viro intacta ſtuprum, Chriſtoq; dicatam
Sacrilegus violat, ſcelera his adiunge nefanda.

Hic peccatur cogitatione & delectatione interiore, quādo non repelluntur turpes cogitationes.

Diligenter ſunt à cogitationibus prauis pœnitentes deterrendi, ex quibus tanquam ex fonte verba & facta turpia oriuntur.

Ad verborum turpitudinem pertinent literæ, internuncij, cantilenæ obſcœnæ.

Ad opera adſpectus inhoneſti, nutus, munuſcula, ornatus corporis ad malū finem, oſcula, tactus impudici; in quibus omnibus, extra matrimonium, eſt peccatum mortale.

Peccatum omiſsionis eſt, non armare ſeſe contra tentationes carnis, non vitare occaſiones.

CIRCA SEPTIMVM PRAECEPTVM ET DECIMVM.

Rem cupio alterius, damnum fero, fraude, rapina
Vſurpo, aut teneo; non ſum ſatiabilis, opto
Per fas atq; nefas ditari, vſura, maliq;
Contractus, & lucra placent inhoneſta, propinqui
Mentior in damnum, malè ludo, ſumq; profuſus.

prohibetur

prohibetur auaritia, & inordinata cupiditas habendi, vel retinendi tam temporalia quam eccleſiaſtica bona.

Primum, in cogitationibus & voluntate ſola.

Deinde, in verbis pertinentibus ad damnum proximi.

Poſtremò in factis, ut ſunt furta, ſimonia, fraudes in emẽdo, vendendo, rapinæ, adulterinæ monetæ, iniqua pondera, menſuræ iniquæ, damnum proximorum, retentio rerum inuentarum, luſus lucri cauſa tantum, fraus in luſu, infidelitas famulorum & operariorum, qui conducti non fideliter laborant: mendicatio eorum qui non egent. Item vſuræ

Omiſsione peccant tenaces, & qui theſaurizant, quæ aliis communicare oportebat.

DE SVPERBIA.

Non accepta Deo refero bona, vel mea certè
Obmerita accepti reor; ſæpè arrogo quæ in me.
Non ſunt, aut certè videor præcellere cunctis-
Ambitione tumens, verum inpugnare paratus,
Atq; obſtinatus proprium defendere ſenſum.
Nec ſolitus proprias vlla in re agnoſcere culpas.
Iudico, contemno, derideo resq; hominesq;.
Scire volo, & facere aggredior ſuperantia vires.
Peccandi haud timeo, fretus virtute, pericla

DE GVLA.

Sollicitus paro lautitias, & tempus edendi
Præuenio: vetitis, crebro, cupideq;, nimisq;
Delector, ventri demum omnem defero cultum.

DE ACEDIA.

Non benè ago, ſed & acta dolent, me aduerſa repentè.
Deijciunt, & dona Dei mihi tradita temno.
Virtutisq; labor grauis eſt, magis opera pigrum
Delectant: refugit mens ardua, ſæpè vagatur.
Spiritale bonum tædet curare, remiſſus.
Ad bona quæ teneor, diuina exhorreo iuſſa.

De aliis peccatis capitalibus, vt Ira, Inuidia, Luxuria, Auaritia, dictum eſt in decem præceptis.

Ad hæc, quæ dicta ſunt, poſſunt omnia peccata referri, vt non ſit neceſſe de peccatis alienis, clamantibus in cœlum, de peccatis in Spiritum ſanctum ſpeciatim confiteri, aut interrogare; nec de operibus miſericordię; neque de articulis fidei, & cæteris quæ recenſeri ac adijci ſolent.

Tamen pro ſtatu & conditione ipſius confitentis, prudens Confeſſarius accommodatè debet quędam interrogare: quia quædam ſunt propria mercatorum, alia agricolarum, alia iudicum, aduocatorum, procuratorum, alia eccleſiaſticorum, alia laicorum, alia cęlibum, alia coniugatorum, alia puerorum, alia adultorum, & ſic de ſimilibus.

DE PECCATORVM CIRCVMSTANTIIS.

Confeſſarii porrò nec non pœnitentes ipſi diligenter examinare debent, quibus circumſtantiis peccata ipſa obuoluta ſint: plerunq; enim fit, vt eæ peccati ſpeciem aut mutent, aut augeant, & notabiliter aggrauent.

Species autem peccati tunc mutatur, quando diſtincta prohibitione prohibetur, & peccatũ ipſum in aliud genus peccati mortalis trahitur. Itaq; nõ ſufficit cõfiteri de peccati genere, ſed etiam de peccatorũ circumſtãtiis ſpeciem peccati, vel augentibus notabiliter, vel mutãtibus confitendũ eſt. Eæ demũ peccatorũ circũſtantię hoc verſu cõprehendũtur.

Quis, quid, vbi, per quę, quoties, cur, quomodo, quando,
Peccalti dices, vt ſit Confeſsio vera.

Quis Prima circumſtantia reſpicit conditionem perſonæ peccantis, cuius videlicet ſtatus, dignitatis vel officij: pro qualitate enim perſonæ, peccati quoque qualitas metienda eſt: grauior eſt enim offenſa paſtoris peccantis in præſentia ſubditorum, quàm alterius communis perſonę.

Quid.

Quid. Secunda circumſtantia attendit conditionem ipſius peccati, nempe qualitatem & quantitatem facti: grauius enim peccāt qui occidunt, quàm qui plagam inferunt; qui ſacrilegium cōmittunt, quàm qui furtum ſimplex.

Locus, in quo peccatum fit, ſimiliter conſiderandus eſt: grauius enim eſt peccatum in æde ſacra perpetratum, quàm alibi; & falſum teſtimonium grauius eſt in iudicio, quàm extrà. rurſum, ſcandalum publico loco datum grauius eſt, quàm priuato.

Per quæ. Omnia media & auxilia, quibus peccatum perpetratur, dicuntur inſtrumenta peccati, ſitq; horum occaſione peccatum vel minus, vel grauius.

Quoties. Numerus quoq; peccatorum diligenter diſcutiendus eſt. Quamobrem non ſolum numerus peccatorum operis in memoriam reuocandus eſt, ſed etiam cordis & cogitationis, quoad fieri poteſt. Si tamen fixus & certus numerus peccatorum non occurrat, cōijcere bona fide pœnitens debet, quoties, plus minúſue in tali peccati ſpecie vel genere peccauerit, debet etiam dicere, quanto tempore in tali vel tali peccato perſeuerauerit, & an tali peccato, & tanto tempore ſacramenta vel receperit, vel adminiſtrârit.

Cur. Quia ex fine, quem hominis voluntas intendit, humani actus ſuam ſpeciem, hoc eſt, bonitatem vel malitiam accipiunt: hinc finis circumſtantia in omnibus peccatis quàm maximè attendenda eſt; longè enim grauius peccat, qui animo deliberato peccatum facit, quàm qui caſu, vel ex ignorantia, vel fragilitate.

Quomodo. Diligenter quoque modus peccati diſcutiendus eſt, qualiter nempe peccatum cōmiſſum eſt: quantò namq; turpiori modo actus exterior committitur, tantò culpa grauior eſt: grauius enim eſt vi rapere, quàm clàm; inuitum & reluctantem violare, quàm volentem.

Quando. Vltima circumſtantia peccatum aggrauans, eſt tempus: multum enim intereſt, an hoc, vel illo tempore, an die Paſchæ, aut aliàs ſolemni die, an verò feriali. In his tamen omnibus vt negligentia cauenda, ita immodica anxietas ac ſcrupuloſa nimis vitanda eſt.

DE SATISFACTIONE

POſt Confeſsionem & interrogationem, ſi antè aliquando confeſsi idem peccatũ, non reſtituerint, cum tamen poſſent, tutius eſt omninò non abſoluere, ſed dimittere eos ad reſtituendum & ſatisfaciendum, atque deinde facta reſtitutione eos abſoluere,

Poſtea iniungatur ante Abſolutionem, ſacramentalis ſatisfactio, vel pœnitentia.

Sunt autem tria ſatisfactoria opera; Ieiunium, Oratio & Eleemoſyna.

1. Ex quibus pœnitentia iniungenda eſt, pro qualitate & grauitate peccati: præſtat tamen errare, minorem æquo, quàm maiorem imponendo.

2. Sacerdos in imponenda pœnitentia potiſsimum ſpectet, vt vitia exſtirpentur, & occaſiones peccatorũ vitentur.

3. Nec ſolum criminis in imponenda pœnitentia eſt habenda ratio, ſed magis perſonæ. Non enim debet iniungi pœnitentia in præiudicium tertij. Quare non debet imponi ſeruo peregrinatio, aut magnum ieiunium, quo opus Domini ſui impediretur. Nec pro occulto peccato, manifeſta pœnitentia, ex qua in ſuſpicionem illius peccati veniri poſsit.

4. Quædam etiam relinquentur arbitrio & diſcretioni confitentis. Qui dolorem ſufficientem & propoſitum efficax abſtinendi à peccatis ſuis oſtendunt, ſpe veniæ propoſita, & ſi opus fuerit, conſolatione adhibita, conſiliis, & remediis opportunis in futurum, iuuentur.

Curet Cõfeſſarius pœnitentem ad emendationem vitæ armare contra defectus ſuos, & prauas inclinationes. Ad quod plurimum prodeſt renouare ſæpe voluntatem non offendendi Deum in futurum.

Occurrere prauis cogitationibus, vnde reliqua mala oriuntur.

Reuocare ad memoriam beneficia Dei, & pœnas, quas peccator meretur.

Iuuat etiam plurimum, poſt admiſſum peccatum ſtatim dolere, pœnitere, & ſeriò conteri, & pœnitentiam voluntariam ſibijpſi iniungere.

Iuuat bona ſocietas; eleemoſyna, paſsionis Chriſti meditatio, frequens confeſsio & communio: quæ omnia ipſi pœnitenti vſum & praxim familiarem vt adhibeat, ſtudebit Confeſſarius perſuadere.

Videat etiam, prudens confeſſarius, ad quod peccatum pœnitens ſit magis procliuis, & contra illud oportunum remedium adhibere nitatur, exhortando vt contra illud præcipuè armis efficacibus pugnet, ſæpe renouãdo propoſitum non peccandi, & ſibi aliquam pœnitentiam, quam natura exhorreat imponendo, quoties in illud reciderit.

DE ABSOLVTIONE.

Iniuncta pœnitentia, & dictis quæ dicenda iudicauerit ſacerdos, dicat hanc orationem:

Miſereatur tui omnipotens & miſericors Deus, &c.

Non eſt addenda vlla conditio de futuro in abſolutione; qualis eſſet, Si reſtitueris; vel, Si pœnitentiam egeris, Ego te abſoluo.

QVANDO ABSOLVTIO A CONFESSARIO NEGANDA SIT; AVT SI DETVR, ERIT IRRITA, ET SINE FRVctu, & proinde iteranda Confeſsio.

1. Et primò ex parte Confitentis: Si deeſt contritio & dolor cum propoſito abſtinendi; cuiuſmodi ſunt vſura-

rij, concubinarij, ſcienter tenẽtes rem alienam, nec volentes reſtituere cum poſsint; habentes plura Beneficia incompatibilia; non reſidentes ſine legitima cauſſa & facultate ſuperiorum in Beneficijs curatis, & alijs requirentibus reſidentiam perſonalem, habentes libros hæreticos & eos legentes, & generaliter quicunq; habent propoſitum ac voluntatem peccandi mortaliter, vel in eo voluntariè remanendi.

2. Si Confeſsio non eſt integra; vt ſi ex intentione, ſiue à voluntate, & ſciente aliquod peccatum mortale omiſſum & tacitum eſt in confeſsione.

3. Item, ſi negligenter adeò diſcutiatur conſcientia, vt parui pendatur, an aliquid neceſſarium in confeſsione omittatur.

4. Si pœnitens ſit excommunicatus, maximè ſi id non ignoret.

5. Ex parte verò Confeſſarij irrita eſt abſolutio, & cõfeſſio iteranda, propter ignorantiam Confeſſarij & ſcientiæ defectum; ſi adeò eſt ignarus Confeſſarius, vt vel non intellexerit ſermonem confitentis, vel neſciat qua forma, & quibus verbis ad abſoluendum vti debeat.

6. Cum conſtat Confeſſarium mentis compotem non fuiſſe; vt verbi gratia, propter ebrietatem, aut durante confeſsione dormiuiſſe, vel non voluiſſe abſoluere, ſed finxiſſe ſolum.

7. Si conſtet Confeſſarium non habuiſſe poteſtatem abſoluendi, hoc eſt, non fuiſſe ſacerdotem; vel non habuiſſe poteſtatem iuriſdictionis ordinariam vel delegatam: vel non habuiſſe vſum poteſtatis propter excommunicationem, aut ſuſpenſionem. Nam nominatim excommunicati maiori excommunicatione, aut ſuſpenſi prohibentur ab vſu poteſtatis, nec abſoluere poſſunt.

DE CASIBVS RESERVATIS.

Caſus reſeruati dicuntur peccata quædam grauiora & maiora, quæ à Romano Pontifice & Epiſcopis ſanctè & iuſtè reſeruātur, à quibus inferiores abſoluere non poſſunt, & ſi abſoluunt, de facto peccant, & irrita, & nullius momēti eſt abſolutio.

Ratio huius eſt duplex, vtilitas non minima. Prior, quia hac ratione deterrentur à grauioribus peccatis perpetrandis. Quod enim à quouis abſolui poteſt, facilius committitur. Altera verò, quod maiores & periculoſiores morbi reſeruantur peritioribus medicis.

CASVS RESERVATI REVERENDIſSIMO Archiepiſcopo.

1. Peccatum Clerici, propter quod incurrit Irregularitatem.
2. Votorum violatio, maximè poſt votū caſtitatis matrimonio contracto.
3. Crimen incendiarij.
4. Peccatum omne propter quod ſolemnis pœnitentia indicenda eſt.
5. Omnis Excommunicatio maior à Reuerendiſsimo Archiepiſcopo, eiuſq; Officialibus lato.
6. Suſceptio Tonſuræ, vel ordinis alicuius ab alieno Epiſcopo, ſine facultate Reuerendiſs. Archiepiſcopi, tanquam ordinarij.
7. Homicidium voluntarium, facto, vel præcepto, conſenſu, conſilio, adhortatione, vel quocunq; modo perpetratum.
8. Machinatio proprij, vel propriæ coniugis,
9. Crimen falſariorum, tam monetæ quàm literarum, & inſtrumentorum publicorum.
10. Violatio Eccleſiaſticæ libertatis, vel immunitatis.
11. Sacrilegium, Diuinatio, Incantatio, & ſimilia magica.
12. Miniſtratio & exſecutio ordinis ſacri non ſuſcepti.

13. Celebratio Miſſæ à non ieiuno, ſine veſtibus ſacris, in altari non conſecrato, loco, aut tempore, interdicto, ſcienter facta.

14. Abuſus hoſtiæ, Chriſmatis, Olei ſacri vel cuiuſuis rei ſacratæ.

15. Omnis inhoneſtas circa Euchariſtiæ ſacramentum, vel culpa, vel negligentia commiſſa.

16. Secundarum nuptiarum benedictio.

17. Sepultura Hæreticorum, & publicè excommunicatorum, in loco ſacro.

18. Periurium Clericorum, attactis ſanctis Euangelijs.

19. Percuſsio parentũ, vel enormis eis irrogata iniuria.

20. Crimina latrocinantium, & inſidiantium viatoribus & itinerantibus.

21. Defloratio violenta virginum; & earundem raptus.

22. Matrimonium cum aliquo, vel aliqua initum viuente adhuc coniuge.

23. Matrimonium contractum cum illa, quam, viuente marito per adulterium cognouit.

24. Conceptus prolis ex alieno, quem maritus pro ſuo, neſcius, educat.

25. Oppreſsio prolis ſtudioſa, vel ex negligentia, tam ante partum, quàm poſt patrata.

26 Procuratio ſterilitatis, vel abortus.

27. Coitus cum Moniali, vel conſanguinea, vel Iudea, & contra.

28. Sodomia, & cum brutis congreſsio.

29. Commixtio Sacerdotis cum filia ſua ſpirituali, quam ſcilicet baptizauit, vel cuius confeſsionem audiuit.

30. Omnis enormis blaſphemia in Deum, vel Sanctos.

31. Crimen hæreſis, iuxta Conſilium Tridentin. ſeſs. 24. cap. 6. de Reformatione.

SEQVVNTVR CASVS PROPTER EXCOMMVNICATIONEM SOLI PAPAE RESERVATI IN BVLLA, QVAE ſolet ſingulis annis in Cœna Domini publicè legi.

1. Excommunicantur primò omnes Hæretici, cuiuſcunq; ſectæ exiſtant. Et omnes eorum fautores, receptores, & illis credentes, ac eorum libros, ſine authoritate ſedis Apoſtolicæ, ſcienter quomodolibet legentes, publicè, vel occultè ex quauis cauſſa, quouis colore & generaliter omnes defenſores eorum.

2. Qui ad ſedem Apoſtolicam venientes cauſſa peregrinationis, vel deuotionis, vel ibi commorantes offendunt.

3. Qui cauſſarum in Curia Romana pendentium, curſum & literarum Apoſtolicarũ exſecutionem impediunt.

4. Qui Eccleſiaſticas perſonas ad ſuum tribunal & audientiam, præter iuris communis diſpoſitionem, trahunt, quiq; ſtatuta contra Eccleſiæ libertatem faciunt.

5. Qui iuriſdictiones, vel bona Eccleſiaſticorum vſurpant, aut ſequeſtrant, quiq; eis talias & decimas imponunt, aut ab vltrò dantibus accipiunt, aſſenſum vel conſilium preſtant, abſq; Romani Pontificis expreſſa licentia.

6. Item laici, qui ſe intromittunt in cauſis capitalibus ſeu criminalibus, contra perſonas Eccleſiaſticas, eas capiendo, proceſſando, aut ſententias contra eas proferendo vel exſequendo.

7. Officiales & Prælati ſpirituales cauſſas ab Apoſtolicis iudicibus auocantes, & exſecutionem literarum, & mandatorum Apoſtolicorum impedientes

8. Qui prædictos, & alios in eâdem Bulla excommunicatos abſoluere præſumpſerint, excommunicantur: & ſi abſoluerint, irritum & nullius roboris declaratur.

PRAETER SVPRADICTOS CASVS BVLLAE COENAE DOMINI, HI ETIAM IN IVRE, PAPAE RESERVANtur, propter excommunicationes annexas.

1. Iniectio [a] manus violentæ in Clericum, vel monachum, enormis & grauis: nam leuis Epiſcopo reſeruatur, & ab eo abſolui poteſt.

[a] 17. q. 4. canon. Si quis.

2. Effractores, [b] & ſpoliatores templorum denunciati.

[b] can. cõqueſ. ext. de ſenten. excom.

3. Incendiarij, poſtquam ſunt excommunicati & denunciati.

4. Clerici, qui ſpontè communicant cum nominatim excommunicatis à Papa, & ipſos in officijs recipiunt.

5. Intrantes monaſteria monialium recluſarum, ſiue ſæculares, ſiue eccleſiaſticæ perſonæ ſint, ſine licentia eorum, qui eam dare poſſunt.

6. Clauium officium eccleſiaſticis perſonis conceſſum impedientes.

7. Dantes & recipientes in Simoniam ordinis vel beneficij.

8. Abſoluentes Simoniacos in ordine, vel beneficio, vel à caſibus in Bulla cœnæ Domini contentis. Item, vota peregrinationis vltramarinæ, vel viſitationis liminum Apoſtolorũ Petri & Pauli, & in Compoſtella. Item, caſtitatis ac religionis commutare præſumentes, ſimiliter excommunicantur, à ſolo Papa abſoluendi.

9. Religioſi, qui ex ordinibus mendicantium, ad alium ordinem monaſticum (excepto Carthuſienſi) tranſeunt, & qui eos recipiunt.

10. Religioſi excommunicatos à canone (præterquam in caſibus in iurè expreſsis, vel per priuilegia ſedis Apoſtolicæ conceſsis) vel à ſententijs per ſtatuta prouincialia ac ſynodalia promulgatis, aut à pœna & culpa abſoluere præſumentes.

11. Dantes aut recipiẽtes ex pacto pro ingreſſu Religionis.

SEQVENTES EXCOMMVNICATIONES RESERVANTVR EPISCOPIS

1. Compellentes Eccleſiaſticos ad ſubmittendum eccleſias & bona, ſeu iura ipſarum laicis.

2. Grauantes & vexantes perſonas eccleſiaſticas, eò quod rogati eum, pro quo rogabuntur, non elegerint.

3. Impedientes eos, qui litigant in foro eccleſiaſtico in cauſis, quæ de iure vel conſuetudine ad dictum forum pertinent.

4. Grauantes vel vexantes eos, qui in ipſos excommunicationis vel ſuſpenſionis ſententiam protulerunt.

5. Domini temporales interdicentes ſubditis, ne Eccleſiaſticis vendant, emant, coquant, molant, aut alia obſequia exhibeant; vſurpantes bona eccleſiarum vacantium.

6. Exigentes alquid ab Eccleſiaſticis tranſeuntibus pro rebus ſuis, quas non negotiationis cauſſa deferunt.

7. Communicantes ſcienter in crimine cum criminoſo nominatm excommunicato, ei conſilium, auxilium, vel fauorem impendendo.

8. Vſurpantes Prælatorum Eccleſiaſticam iuriſdictionem, & eos collectis, aut tributis onerantes.

9. Qui reuocant, vel vi, aut metu extorquent à Prælatis eccleſiaſticis libertatem abſoluendi, vel pœnas excommunicationis.

10. Impedientes monialium Viſitatores in ſuo officio.

11. Sepelientes in loco ſacro hæreticos.

12. Qui in Cœmiterijs excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, vel manifeſtos vſurarios ſcienter ſepelire præſumunt.

13. Qui ſcienter in gradibus prohibitis, aut cum monialibus, vel qui in religione aut ſacris conſtituti, matrimonium contrahunt, aut qui inter ipſos ſcienter huiuſmodi matrimonia celebrant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

14. Religioſi, ac alij Clerici perſonatus habentes, medicinam audientes.

15. Qui ſtatutis ſuis vſuras fouent.

16. Religioſi temerè habitum dimittentes, vel ad quæuis ſtudia ſine licentia accedentes.

17. Cogentes virgines, vel viduas inuitas ingredi religionē.

18. Item, qui earum ſanctam voluntatem, religionem profitendi, ſine iuſta cauſſa impediunt.

19. Monachi, qui ad Principum curias ſe conferunt, vt damnum aliquod inferant Prælato aut Monaſterio.

20. Monachi intra ſepta monaſterij ſine licentia Abbatis arma tenentes.

21. Religioſi, qui ad retrahendum debitores à ſolutione decimarum aliqua proferre præſumunt.

22. Bona eccleſiaſtica alienantes, vel alienata recipientes.

23. Impedientes legatos, vel nuncios Apoſtolicos, ne recipiantur, vel faciant ea, ad quæ ſunt miſsi.

Sunt aliæ excommunicationes, ſed quia in his regionibus rarò incidunt, breuitatis cauſſa prætereuntur.

QVID AGENDVM SIT EI, QVI HABET CASVS RESERVATOS.

Adeat ſuum Paſtorem, & petat ab illo, vt ſibi procuret facultatem abſoluendi à caſu reſeruato, vel caſibus reſeruatis. Etſi ipſe Epiſcopus non velit concedere eam facultatem Paſtori, ſed ipſe velit audire confeſsionem pœnitentis, tunc qui irretitus eſt huiuſmodi caſibus, tenetur adire Epiſcopum, & ei integrè omnia peccata confiteri, etiam non reſeruata, Quod ſi nolit Epiſcopus audire confeſsionem integram pœnitentis, iniuncta ſalutari pœnitentia pro caſu reſeruato, remittat pœnitentem ad ſuum Paſtorem, qui ei integrè reſeruata & non reſeruata confiteri teneatur.

NOTANDVM.

In mortis articulo poſſunt omnes à quocunq; exceſſu, crimine, quantumuis enormi, & excommunicatione, à quocunq; Sacerdote abſolui, vbi tria obſeruanda.

Primum, vt ſatisfaciat iniuriam paſsis.

Secundò, vt infirmus promittat, ſe recuperata ſanitate, & alijs legitimis impedimentis ceſſantibus, præſentaturum ei, à quo ordinariè & regulariter erat abſoluendus, quia alioquin recideret in excommunicationem, à qua fuerat abſolutus.

Tertiò, quòd ſi in illa infirmitate deceſſerit, amici & hæredes ſecundum cautionem præſtitam defuncti, læſis ſatisfaciant, aut arreſtum bonorum defuncti admittant, & indultum ſepeliendi defuncti à iudice, qui eundem excommunicauit, petant, & ſic defuncti corpus ad eccleſiaſticam ſepulturam ſuſcipiatur, niſi aliud defuncti delictum de iure vel conſuetudine obſtaret.

Vt timeatur & vitetur excommunicatio, aliquando docendum eſt breuiter quid ſit, quæ, ac quanta mala efficiat.

EXCOMMVNICATIO QVID SIT, ET QVOTVPLEX.

Excommunicatio duplex; Maior, Minor.

Excommunicatio Maior, vt nomen ſonat, eſt exterminatio extra communionem & ſocietatem Chriſtianorum & fidelium, vt habeatur, iuxta verbum Chriſti, velut ethnicus & publicanus; quare etiam vocatur Anathema. Matt. 18. Galat. 1. 1. Cor. 16

EFFECTVS EXCOMMVNICATIONIS MAIORIS.

1. Priuatur fructu & participatione omnium diuinorum, hoc eſt, ſacramentorum omnium Eccleſiæ, & diuinorum officiorum. Quare nec ſacrificio Miſſæ, nec alijs officijs Eccleſiaſticis licet eis intereſſe, vbi etiam ab alijs vitandi ſunt, maximè ſi ſunt nominatim excommunicati, vel propter manuum violentam in Clericum iniectionem notoriam. Licet tamen eis audire verbum Dei, & extra officiorum tempus ingredi Eccleſiam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. Priuantur communione, & participatione bonorum operum Eccleſiæ, & orationum, ſicut membra à reliquo corpore amputata.

3. Excluduntur à regno cœlorum. Matth. 18. Qui Eccleſiam † audierit, &c. † non

4. Excluduntur & prohibentur ab actu cuiuſcunq; ordinis. Vnde qui audit Confeſsiones, concionatur, celebrat Miſſam aut quodcunq; ordinis officium excommunicatus exſequitur, fit irregularis.

5. Priuantur & prohibentur à Beneficijs Eccleſiaſticis, quæ nec accipere ab alijs, nec alijs conferre poſſunt, nec percipere fructus beneficiorum, quæ antea habuerunt, quamdiu ſunt in mora petendæ abſolutionis. Et qui per annum perſeueraret integrum in excommunicatione, omnibus Beneficijs poſſet priuari.

6. Excluduntur ab ingreſſu Religionis, niſi prius abſoluantur.

7. Excluduntur ab electione canonica actiua & paſsiua, quod etiam de ſæculari dignitate, vt imperiali vel regia intelligitur.

8. Excluduntur á ſpirituali poteſtate, vt nec ordinari, nec ordinare poſsint.

9. Excluduntur ab omni actu legitimo: quare prohibentur conficere inſtrumenta publica; exercere officium Procuratoris, aduocati, iudicis.

10. Priuantur ſepultura in loco ſacro, ſi in excommunicatione decedant.

11. Excluduntur ab actibus omnibus humanæ conuerſationis, cuiuſmodi ſunt, quæ hoc verſu ſignificari ſolent.

Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

Notandum, quòd quandocunq; aliquid præcipitur aut prohibetur ſub pœna excommunicationis, ſemper intelligitur de maiore excommunicatione, excepta ea, qua prohibetur generali Eccleſiæ præcepto communicare cum excommunicato.

Sunt tamen caſus nonnulli, in quibus extra diuina, ſine omni vtrinq; peccato permittitur communio, qui continentur hoc verſu.

Vtile lex, humile, res ignorata, neceſſe.

Vtile, hoc eſt, propter vtilitatem tam excommunicati, quàm non excommunicati: quia ab excommunicato licet exigere & accipere debitum, quod non excommunicato eſt vtile. Item, licet excommunicatum (quod ipſius animæ vtile eſt) monere, prouocare, vt reſipiſcat, & per pœnitentiam à contumacia deſiſtat.

Lex, ſcilicet matrimonialis, quia vxor cum marito non prohibetur communicare.

Humile, hoc eſt, propter ſubiectionem; quia filij, ſerui, ancillæ, qui ante excommunicationem ei ſeruiebant, poſſunt cum eo poſt excommunicationem manere.

Res ignorata, quando videlicet ignoratur alius eſſe excommunicatus.

Neceſſe, hac ratione licet etiam excommunicato dare eleemoſynam.

DE EXCOMMVNICATIONE MINORI QVOMODO CONTRAHATVR.

Nunquam tenetur fidelis aliquem vitare, niſi fuerit nominatim & ſpecialiter, aut propter ſacrilegam & notoriam manuum iniectionem in Clericũ excommunicatus. Concil. Conſtantien,

In duobus tantum illis caſibus excommunicatio minor contrahitur.

Primo. Si communicatur cum nominatim excommunicato publicè ex communicatione maiori.

Secundo. Si cum excommunicatis propter manuum iniectionem violentam in clericum notoriam, vt factum nõ poſsit vlla tergiuerſatione celari aut excuſari. Et vtrũq; intellige extra caſus à iure permiſſos.

EFFECTVS EXCOMMVNICATIONIS MINORIS.

Excommunicatus minori excommnicatione mortaliter peccat, & ſacrilegium committit ſi recipiat quodcunq; ſacramentum Eccleſiæ antequam abſoluatur, non autem excluditur à diuinis officijs, quin illis intereſſe poſsit.

Abſoluere ab hac excommunicatione poteſt quilibet Confeſſarius, habens poteſtatem audiẽdi confeſsiones; & ideo ad tutelam in forma abſolutionis præmitti debet abſolutio ab excommunicatione, vt dictum eſt.

DE SVSPENSIONE.

Suſpenſio eſt cẽſura & pœna Eccleſiaſtica, per quam prohibetur quis ab exſecutione ordinum, officiorum vel iuris dictionis, eſt enim potius pœna quã culpa: communiter tamen propter culpam & peccatum incurritur, Non excludit per ſe à ſuſceptione ſacramentorum, quare ſuſpenſus poteſt abſolui ab excommunicatione maiore vel minore, & à peccatis, & Euchariſtiam ſumere, & poſteà abſolui à ſuſpenſione. Suſpenſio propriè pertinet ad Clericos.

Regula generalis notanda. Quando aliquis eſt ſuſpenſus à iudice vel à iure ab aliquo actu ſpirituali ordinis alicuius, ſi exſequatur illum actum, fit irregularis.

QVIBVS CASIBVS INCVRRATVR SVSPENSIO.

Clericus publicus concubinarius & notorius per ſentẽtiã vel per propriam confeſsionem & factam in iudicio ſine dubio eſt ſuſpẽſus quoad ſe, & quoad alios, & efficitur irregularis ſi celebrat, & alij, qui interſunt & audiunt diuina à talibus, peccãt, licet forte ruſtici propter ignorantiã excuſẽtur.

2. Idem dicendum eſt ſecundum veriorem ſententiam de concubinarijs notorijs euidentia facti, quando videlicet habẽt domi concubinam nec poſſunt aliquo modo ſe excuſare, velut cum ex ea vnam aut plures proles procrearunt.

3. Clericus conſentiens electioni de ſe factæ per poteſtatis ſecularis abuſum, ſuſpenſus eſt ab electione paſsiua, quia non poteſt eligi.

4. Ordinati extra tempora, vel ante ætatem requiſitam, vel ab Epiſcopo non proprio ſine licentia proprij Epiſcopi, vel nominatim excommunicato ſuſpenſo, hæretico manifeſto, vel per ſaltum ordinati, vel in excommunicatione aut apoſtaſia, vel poſt contractum matrimonium.

5. Suſpenſus eſt clericus duellum offerens vel ſuſcipiens.

6. Suſpenditur ab officio & à quibuſcunq; beneficijs, qui decedẽte Prælato alicuius Eccleſiæ Cathedralis, regularis vel collegiatæ, bona ab eo dimiſſa, vel tempore vacationis obuenientia, cum de iure aut conſuetudine ad ipſum non pertineant, occupat ac ſibi vendicat.

7. Suſpenſi ſunt triennio ab officio ſubmittentes laicis bona eccleſiarum ſeu iura, ſine conſenſu ſui capituli & licẽtia ſedis Apoſtolicæ.

8. Suſpenditur per annum ab officio judex eccleſiaſticus ordinarius vel delegatus, qui contra iuſticiam & conſtitutionem in grauamen partis alterius in iudicio quicquam fecit per gratiam vel per ſordes.

9. Suſpenduntur Epiſcopi & ſuperiores ab ingreſſu Eccleſiæ; Inferiores verò ab officio & beneficio, qui præter procurationem, dum viſitant diœceſim exigunt pecuniam vel munera vel à non vſitatis procurationem contra præſcriptum canonum accipiunt.

10. Interdicitur ingreſſus eccleſiæ his qui celebrant præſentibus excommunicatis publicè vel interdictis aut eos recipiunt ad ſacramenta eccleſiæ vel ſepulturam.

11. Suſpẽſus eſt compromiſſarius, ſi elegit ſciẽter indignũ.

12. Suſpenſus eſt ab omni actu legitimo excommunicatus maiore excommunicatione.

13. Suſpenduntur ab officio prædicationis omnes religioſi, qui poſtquam fuerint requiſiti per rectores eccleſiarũ, ſcienter omiſerint facere conſcientiam confitentibus de decimis ſoluendis.

14. Suſpẽduntur ipſo factu Clerici ab officij executione, qui recipiunt ad communionem vel oblationem altaris manifeſtos vſurarios.

DE ABSOLVTIONE A SVSPENSIONE.

Suſpenſus ſimpliciter à iure, poteſt ab Epiſcopo abſolui, niſi canonis conditor ſibi reſeruet: Si vero ſuſpenſus eſt ab homine, abſoluet qui eam tulit, vel ſuperior.

Hæc, quæ de ſuſpenſione dicta ſunt, quia pertinent potius ad Clericos quàm laicos, docent paſtores non tam quomodo audiant confeſsiones aliorum (niſi forſan Eccleſiaſticorum) quàm quomodo ipſi faciant ſuam, vt videlicet peccata propria cognoſcant & vitent.

Suſpenſus tenetur communiter abſtinere ab eo, à quo ſuſpenditur, vel à quo prohibetur ſub pœna peccati mortalis, imò etiam ſub pœna irregularitatis, ſi diuina officia ab illis ſuſpenſus, celebrare præſumat.

DE INTERDICTO

1. Interdictum eccleſiaſticũ eſt quædam prohibitio quãdo in aliqua terra vel Eccleſia, vel perſonæ interdicitur adminiſtratio ſacramentorum, vel diuinorum officiorum celebratio, ſiue exſecutio aliquorum ſpiritualium.

2. Interdictum eſt triplex, locale, perſonale, locale & perſonale ſimul.

Locale vt quando interdicitur ciuitas, prouincia, &c. hoc eſt, quando prohibẽtur homines ibi habitantes à certis ſacramentis ibi accipiendis, & à ſepultura, & ne clerici ibi publicè celebrare & ſacramenta conferre poſsint.

Perſonale, quando populus, clerus, collegium, &c. interdicitur.

Locale & perſonale ſimul quando locus & perſonæ ſimul ſunt interdicta.

3. Nominatim interdicti ſunt vitandi in diuinis à clericis celebrantibus, ſicut excommunicati, non autem extra diuina.

Celebrans ergò ſi admittit aliquem interdictum ad diuina, incurrit ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ.

4. Nemo tenetur ſeruare interdictum eccleſiaſticum à iure vel ab homine generaliter promulgatum, niſi talis ſententia fuerit contra perſonam, collegium, eccleſiaſticam cómunitatem, vel locum certum à iudice publicata vel denunciata ſpecialiter & expreſsè, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium.

Quia ergo in his locis rarus eſt huius interdicti vſus & ante denunciationem per iudicem faciendam nemo peccat non ſeruando, non videtur neceſſe plura addere.

Eccleſiaſtica interdicta non indigent reconciliatione, ſed interdictum nudo verbo poteſt tolli dicendo: Reuoco, vel remoueo, vel abſoluo. Non enim opus eſt aliqua forma certa verborum.

DE VIOLATIONE ECCLESIARVM.

Quibus modis ſic polluantur, vt reconciliatione indigeant.

1. Ex effuſione ſanguinis magna & iniurioſè facta in Eccleſia, ſi factum eſt publicum, quod ſi vnum ex his deſit, non polluitur.

2. Polluitur & ex homicidio voluntario ſine ſanguine, vt ſi fur ſuſpendatur, &c. non autem ex homicidio fortuito, verbi gratia, lapide cadente de pariete, aut petra vel trabe de tecto.

Si quis percuſſus in Eccleſia extra moriatur, eſt polluta Eccleſia, non contra. Si quis ſupra Eccleſiam, vtpote ſi quis infra tectum, & ſupra teſtudinem aut ſupra tectum interficiatur, quia fit extra, non polluitur. Si quis enormiter per-

cutiatur ſine tamen ſanguinis effuſione, non polluitur. Licet conſuetudo eorum laudanda ſit, qui Eccleſias hoc caſu reconciliant, ad aliorum terrorem.

Per effuſionem voluntariam ſeminis humani, ſi factum publicum ſit, quia Eccleſia non iudicat de occultis.

Quando ibi ſepelitur excommunicatus, hæreticus manifeſtus, vel paganus ſiue infidelis, qui tamen ſi fuerit in vtero matris fidelis ſepeliendæ, vt quando moritur prægnans, ſepelitur cum matre tanquam pars & membrum eius, nec ob id Eccleſia polluitur.

Si in Eccleſia, vel altare, vel cœmiterium ab Epiſcopo publicè excommunicato conſecretur, vel etiam benedicatur, quia ante reconciliationem nec celebrare, nec ſepelire illic licet.

DE IRREGVLARITATE.

Irregularitas eſt impedimentum canonicum, quo quis ad Eccleſiaſticos ordines promoueri, vel iam promotus in eis miniſtrare prohibetur.

1. Infamia iuris vel facti tollit exſecutionem ordinum.
2. Ordinatio ab Epiſcopo excommunicato, ſciſmatico, hæretico, depoſito, ſuſpenſo, interdicto, ſecus tamen ſi adhuc ab Eccleſia toleretur.
3. Exſecutio ordinis ſacri non habiti.
4. Si ſuſpenſus, excommunicatus maiori excommunicatione, vel interdictus ingerit ſe diuinis, celebrando, vel aliquid faciendo attributum ordini fit irregularis.
5. Si celebrat, vel aliquem ordinis actum exſeqitur in loco interdicto.
6. Si recipit ordines etiam minores in excommunicatione maiori.
7. Poſtremo, quomodo fiet aliquis irregularis ex mutilatione, homicidio, vel ex cauſa ſanguinis, vt nec ordinari, nec in ordinibus ſuſceptis miniſtrare poſſit, petendum eſt ex

Canoniſtis. Non enim multum pertinet ad laicorum confeſsiones audiendas, imò nec ad audiendos clericos, quia ſuſpenſi, interdicti & irregulares ſi peniteant à peccatis abſolui poſſunt, manente ſuſpenſione, interdicto & irregularite, & nihilominus dipenſatione opus habent, vel Papali vel Epiſcopali, vel eorum, quibus Papalis vel Epiſcopalis authoritas communicata eſt. Et poſt quantamcunq; pœnitentiam, ſi interdicti, irregulares vel ſuſpenſi à diuinis celebrarent, vel in diuinis officijs, à quibus prohibiti ſunt, miniſtrarent, peccarent grauiter, quoties id præſumerēt ante abſolutionem ſeu diſpenſationem à ſuperiore obtentam.

DISPENSATIO IN IRREGVLARITATE.

Habens authoritatem vel commiſsionem diſpenſandi ab irregularitate, dicat, Ego authoritate Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, vel authoritate ordinaria, vel vigore priuilegij tibi conceſsi & mihi exhibiti tecum diſpenſo ſuper irregularitate vel irregularitatibus, quam vel quas contraxiſti propter talem & talem cauſam, vel ſi contraxiſti (quando eſt dubium) in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Quod ſi commiſsio habet certam formam inſertam, abſoluens eadem, & non alia vti debet.

NOTANDVM DE EPISCOPORVM POTESTATE QVOAD CASVS RESERVATOS.

Epiſcopi, vt ſupra dictum eſt, in omnibus caſibus occultis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, abſoluere poſſunt per ſe vel per Vicarios adhoc deputatos, excepta hæreſi, à qua ſoli per ſe, & non per vicarios in foro conſcientiæ abſoluere poſſunt. Verba Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. hæc ſunt: Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & ex certis alijs ad forum contentioſum deductis diſpenſare, & in quibuſcunq; caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquētes quoſcunq; ſibi ſubditos in Diœceſi ſua per ſeipſos aut vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ gra-

tis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Item & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientię eis tantum, non eorum Vicarij ſit permiſſum.

QVI EXCIPIANTVR A CASIBVS RESERVATIS PAPAE.

Inſuper hoc quoque notandum eſt S. Pontifici reſeruatis excipi impuberes, videlicet maſculos ante decimum quartum annum, quoniam in iis minus viget ratio: monachos ac Regulares, quia non ſunt ſui iuris: fæminas, partim ob ſexus infirmitatem, partim quia ſunt ſub virorum poteſtate: iuniores autem viduas ac puellas, propter periculum incontinentiæ: ſenes & valetudinarios, quia laborem itineris ferre non poſſent: pauperes, maximè coniugati, ne diurna eorum abſentia vxorem & liberos obijciant mendicitati & flagitio:

Deniq; omnes, quibus ſalua vita, libertate, & rebus ſuis Romam adire non licet (ſaltem quamdiu durat tale impedimentum) non ſunt ad Papam, ſed ad Epiſcopum vel ipſius vicarium aut pœnitentiarium mittendi, à quo pœnitentes abſolui poſſunt & debent. Sed & omnibus in vniuerſum, qui in Papales caſus incidunt, ſuccurri poteſt per indulgentias plenarias, quæ frequenter à Pontifice conceduntur. Expedit autem hanc poteſtatem & tam neceſſarium ſalutis remedium omnibus, maximè curatis & paſtoribus notam eſſe, vt ſciant ad quos ſuas oues in tali neceſsitate remittere debeant.

DE VOTORVM COMMVTATIONE.

Porrò, quia etiam aliquando accidit, vt votorum commutatio in confeſsione fieri debeat, primo notandum venit, quod etſi quilibet ſacerdos (vti dictum eſt) poſsit quemlibet à quocunq; peccato, quacunq; excommunicatione & fractione voti in articulo mortis abſoluere, non tamen poteſt in votis diſpenſare aut illa commutare, etenim tunc illi illa peccatorum abſolutio, non autem votorum conceditur iuxta communem Doctorum ſententiam.

dispensatio aut commutatio.

2. Pro-

2. Proinde ſuperior vel quiſquis ex licentia ſuperioris votum commutat, debet perpendere vouentis qualitatem, & expenſas quas facturus erat in adimplendo voto, præter illas, quas domi ſuæ facturus erat, illasq; omnes in alia opera conuertere, laborem autem itineris in ieiunia & orationes commutare.

3. Vnde confeſſarij qui vota commutāt virtute iubileorum vel aliarum gratiarum, quæ præcipiunt facere in vtilitatem aliquorum locorum particularium, vel ad captiuorum redemptionem, errant, ſi alio diuertant, commutantes ea in ieiunia, orationes, peregrinationes, miſſas, eleemoſynas pauperum: quia tenor bullæ habet, quod huiuſmodi commutationes fiant in vtilitatem talium locorum vel perſonarũ à Pontifice in ſua bulla ſpecificatarum, & non aliter.

4. Nemo autem ſibi perſuadeat S. Pontificem, aut aliũ quemq; ſuperiorem, pro mero ſuo beneplacito ſine iuſta cauſa diſpenſare poſſe aut commutare vota, ſic vt diſpenſatus ſine cauſa poſsit eſſe ſecurus. Quamuis verum ſit, & ſedulò ab his, qui de votis iudicare debent, obſeruandũ, quod quæuis cauſa reddens complementum ipſius voti malum aut inutile, aut maioris boni impeditiuum, ſit cauſa ſatis iuſta & rationabilis ad diſpenſandum vel commutandum ſecundum Doctores, veluti leuitas vel facilitas in vouendo, imbecillitas eius qui vouit ad exſequendum id quod vouit, & ſimilia, de quibus certa regula ſtatui non poteſt. Vide Nauarrum, cap. 12. ſui manualis, num. 80.

EVCHARISTIA.

INSTRVCTIO DE SACRAMENTO EVchariſtiæ.

MAieſtas, & dignitas huius Sacramenti, quod inter omnia maximum eſt, declaratur varijs nominibus. Dicitur enim Euchariſtia, quia dum hoc Sacramentum celebratur, gratiæ pro maximo hoc dono, & pro cæteris beneficijs redemptionis noſtræ, Deo aguntur: vel quia Chriſtum Dominum fontem omnis gratiæ continet. Dicitur Sacrificium & hoſtia, quia Chriſtus hoſtia vera ſalutis noſtræ in eo offertur Patri cœleſti. Dicitur Communio, & græce συνάξις, quia hoc Sacramentum nos Chriſto copulat, noſq; inter nos & cum Sanctis in eodem Chriſto tanquam capite membra vnius corporis coniungit. Viaticum dicitur, quo in huius vitæ peregrinatione ſuſtentamur & hinc migrantes confortamur, & recreamur. Vocatur etiam Cæna, quia in nouiſsima illa cæna à Chriſto fuit inſtitutum. Appellatur etiam per Antonomaſiam Sacramentum.

MATERIA.

MAteria huius Sacramenti duplex eſt: vna panis triticeus, integer, & incorruptus & azymus, id eſt, non fermentatus. Altera materia eſt vinum ex vitis fructu expreſſum, non corruptum, cui modicum aquæ propter multas cauſas admiſcetur.

FORMA HACTENVS IN ECCLESIA vſitata, & ex ſacris literis deſumpta.

Forma conſecrationis panis: Hoc eſt enim Corpus meum: Sanguinis verò: Hic eſt enim calix Sanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

EFFECTVS.

I.

Adeptio gloriæ. Qui enim manducat hunc panem viuet in æternum.

II.

Collatio gratiæ, quia effectus quos paſsio Chriſti fecit in mundo, hoc Sacramentum, in quo Chriſtus continetur, efficit in homine.

III.

Remiſsio peccatorum.

IIII.

Præſeruatio à peccatis futuris.

V.

Remiſsio pœnæ debitæ pro peccatis.

VI.

Et in vniuerſum quicquid panis & vinum efficiunt in corpore, id ſpiritualiter hoc cibo & potu cœleſti efficitur in anima dignè & piè ſumentis.

MINISTER HVIVS SACRAMENTI.

1 Miniſter conſecrandi & offerendi poteſtatem habens, eſt quilibet Sacerdos in Eccleſia Catholica conſecratus, & ordinatus. Vnde laici leueſq; hæreticorum Sacerdotes laicum tantum & piſtorium materialem panem habent & diſpenſant.

2. Miniſter vel diſpenſandi Euchariſtiam poteſtatem habens, eſt paſtor proprius ſacerdos vel de eius licentia, aut ex priuilegio, alius Sacerdos Catholicus, non excommunicatus, non Simoniacus.

3. Diaconus non poteſt communionem dare niſi in articulo neceſsitatis, & de licentia Epiſcopi, vel Paſtoris, illis autem abſentibus, etiam ſine licentia, ſi ſit extrema neceſsitas. Communicans alienum Parochianum ſine licentia aut priuilegio, niſi hoc faciat ſub ſpe ratihabitionis, peccat.

Adminiſtrans hoc Sacramentum cum conſcientia peccati mortalis, ſine contritione & confeſsione, vel ſaltem cum propoſito confitendi, peccat mortaliter.

DE SVSCIPIENTIBVS

1. In ſuſcipientibus requiritur vt probent ſeipſos, hoc eſt, vt poſt diligentem examinationem vitæ præteritæ, poſt contritionem & deteſtationē peccati, vitæq; melioris, propoſitum, etiam confeſsionem Sacramentalem, adhibeant, vt iubet Concil. Trident. (Seſs. 13. cap. 7.) Quod ſi vrgente neceſsitate, & nullo præſente cui confiteri poſsit, Sacerdos celebrauerit, cum primum poterit, confiteatur.

2. Requiritur vt communicaturus dijudicet corpus Domini, id eſt, vt diſcernat hunc cæleſtem cibum ab alijs prophanis cibis, credens certo præſens eſſe verum corpus & ſanguinem Domini. (1. Cor. 11)

3. Vt probet examinetq; ſe, an habeat pacem cum proximis. Matth 5.

4. Vt cogitet ſuam indignitatem, & dicat cum Centurione: (Matt. 8.) Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, &c. Præter enim fidem charitatemq; reuereri oportet hoc ſalutis noſtræ vnicum pignus, & orationibus antè &

poſt

poſt communionem mentem ad diuinam bonitatem eleuare.

5. Requiritur etiam corporis præparatio vt ſit ieiunus, lotus, honeſtè veſtitus.

Hortandi etiam ſunt coniuges, vt Dauidis exemplo veluti fratres & ſorores caſtè ad tempus viuant ante ſuſceptionem Euchariſtiæ ſicut pœnitentiæ tempore, de quo ait Propheta. Egrediatur Sponſus de cubili ſuo. Nam ſi id Paulus ſuadet fieri orationis cauſa, & Moyſes cum lex eſſet danda mandat: Eſtote parati in diem tertiũ, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. Exod. 19. Quanto magis ſuccincti debent eſſe lumbi eorum, qui Paſchalem eccleſiæ agnum Chriſtum Ieſum ſunt ſumpturi?

1 Reg. 21.

Ioel. 2.

1. Cor. 7.

QVI REPELLENDI.

1. Qui non poſſunt præ ſe ferre aut habere aliquam deuotionem erga hoc Sacramentum, cuiuſmodi ſunt Pueri, ante vſum rationis perpetuò amentes. Danda eſt Communio in mortis articulo, niſi timeatur periculum vomitus aut expuitionis, omnibus, qui in ſanitate aut cum mentis eſſent compotes pœnitentiæ ſigna dedêre.

2. Extra mortis periculum peccatoribus manifeſtis etiamſi petant publicé, non eſt danda communio, quales ſunt lenones, meretrices, publici vſurarij, poſt pœnitentiam autem priuatam poſſunt admitti ad Euchariſtiam ſecretò non autem publicè, niſi poſt publicam pœnitentiam, propter ſcandalum. Nam manifeſta delicta non ſunt occultè corrigenda. Vnde ſacerdos debet iniungere publicam pœnitentiam, vel publicare quod ſint verè pœnitentes. Si vero ſunt occulti peccatores, non poteſt publicè petentibus negari, ne prodatur crimẽ occultum fratris, nec enim Eccleſia de occultis iudicat:

3. Communicans ſcienter cum cõſcientia peccati mortalis, peccat mortaliter tanquam ſacrilegus & violator ſacramenti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MODVS COMMVNICANDI.

Solus ſacerdos celebrans communicare debet ſub vtraq; ſpecie, idq; ſub præcepto.

Non celebranti, nec diſpenſare, nec accipere licet ſub vtraque ſpecie, nec Sacerdoti nec Laico, ſine peccato mortali.

Populus aſſiduis hortationibus ſecundum Eccleſiæ conſilium à Paſtoribus monendus eſt, vt hoc Sacramento frequentiſſimè vtatur.

Si quotidianus eſt panis (inquit Beatus Auguſtinus de verbis Domini) cur poſt annum illum ſumis? accipe quotidie, quod quotidie tibi prodeſt.

DE VIGILI SANCTISSIMAE EVCHARISTIAE CONSERVATIONE.

STVDEANT Parochi conſecratas Sacroſanctæ Euchariſtiæ particulas, pro infirmis ſemper in promptu habere, quas in eminentiore & bene munito loco cum perpetuo lumine aſſeruari procurent. Non autem eaſdem diutius ſeruent, ne ex diurnitate putreſiant, ſed poſt menſem unum aut (vt longiſſimum) alterum, veteres particulas in celebratione Miſſæ reuerenter ſumant, & recens conſecratas alias reponant. Et ſi per incuriam conſecratæ hoſtiæ putreſierent, aut ſi per vomitum ſumptæ eijcerentur, quatenus ſine periculo iterati vomitus fieri poteſt, nihilominus reuerenter ſumatur, ſi vero præ horrore ſumi nequeant, cum alijs reliquijs honorificè recondantur.

ORDO COMMVNICANDI POPVLVM SANVM, TAM IN Paſchate, quam alijs diebus.

I.

SAcerdos reconciliatis pœnitentibus, eo ritu, quo ſuperius in inſtructione Sacramenti pœnitentiæ dictum, in Miſſa tot hoſtias aut plures (ſeruari enim poſſunt quæ ſuperſunt) conſecret, quot putet ſibi neceſſarias.

II.

IN Miſſa, vel poſt Miſſam retentis tamen paramentis & veſtibus ſacris, vel ſi non celebrauit indutus ſuperpelliceo, ac ſtola, accenſis cereis, venerabili Sacramento in altari relicto, conuertat ſe ad populum communicandum, illumq; exhortetur modo ſubſequenti.

IHr Allerliebſten in Chriſto / welche durch gnad des Almechtigẽ vber ewere Sünde / wahre reuw vnd leydt traget / vnd dieſelbige auch in der heiligen Beicht mit Hertzlichem ſchmertzen bekennt / vnd darauff die Abſolution erlangt / vnd mit Gott wider verſöhnt / vnd euch auch nach der Lehr des heiligen Apoſtels Pauli fleiſſiglich erſucht / vñ mit Gottſeliger vbung bereitet habt / vnd jetzundt vor dem Altar des HErren demütiglich erſcheinet / vnd die 1.Cor.11.

Himliſche ſpeiß ſeines allerheiligſtē Leichnams/ den er für vns vnd vnſer ſünde in den todt geben hat/ nicht vnwirdiglich zum gericht/ ſonder andächtiglich zu ewer Seelen ſeligkeit zu genieſſen. Auff daß jhr dañ ſolchē Schatz nicht zu der verdamnuß/ ſonder zu dem Leben empfahet/ ſo iſt euch vor allen dingen von nöten/ daß jhr veſt vngezweiffelt glaubet/ daß vnder der ſichtbarlichen Geſtalt/ des heiligen Sacraments/ die ich euch jetzundt geben vnd reichen werde/ vnſer HERR vnd Heilandt Chriſtus JEſus/ vnd ſein allerheiligſtes Fleiſch vnd theurbar Blut warhafftiglich vnd volkommen enthalten ſey/ vnd daß er vns ſolchen hohen Schatz zur Geiſtlichen ſpeiß darumb verlaſſen hab/ daß wir darbey ſeiner alweg/ biß er widerkommen wirdt gedencken/ ſeinen bitteren Todt groß machen/ vnd mit Hertzfreuden preiſen/ vnd hertzlich verkündigen ſollen/ Nemlich/ daß er für vnſere Sünden geſtorbē ſey/ vnd vmb vnſer Rechtfertigung widerumb aufferſtandē/ vnd alſo vns von Sünden/ Todt vnd Hell gnedigklich erlöſet habe/ vnd jhm darumb ewiges Lob vnd Danck ſagen. Vnd ſolt darneben wiſſen/ das jhr die mit einem bußfertigen Hertzen/ vnd wahrer rew vber alle ewere Sünden/ vnd mit feſten auffſatz forthin die Sünden zumeiden/ herzugehen vnd kommen/ durch dieſe Nieſſung dieſes hochwirdigen vnd heiligen Sacraments/ dieſe hohe gnadenreiche Gaben vnd Fruchtē erlangen vnd bekommen ſollen.

Erſtlich/daß jhr dardurch dem Herren Chriſto eingeleibt werdet/ auff daß jhr forthin in jhme bleiben vnd leben/vnd er in euch/ Alſo daß jhr forthin ſein Leib vnd Glieder/vnd er ewer Haupt ſeye/ vnd hernach nicht euch ſelbſt leben/ ſonder dem/ der für euch geſtorben vnd aufferſtanden iſt/ vnd ſich ſelbſt euch zu einer Speiß in dieſem hochheiligen Sacrament auß vnaußſprechlicher Liebe gegeben hat/dar auß zubekommē die wahre Geiſtliche Krafft/allen böſen Anfechtungen zu widerſtehen/ vnd in allem guten zu zunemen/ Darauß jhr mit fewriger Liebe ſolt angezündet werden gegen GOtt dem Himliſchen Vatter/ der ſeines einigen gebornen Sohns nicht verſchonet/ ſonder jhn vor vns alle dargeben hat. Vnd deßgleichen gegen GOtt dem eingebornen Sohn vnſeren Heylandt/daß er vmb vnſer Erlöſung willen/ den allerſchmehligſten Todt gelitten hat.

Zum andern/ſolt jhr auch durch dieſe Communion vnd Gemeinſchafft/ allen lieben Gottes Heiligen vnd Gottſeligen Menſchen/ welche der Geiſtliche Leichnam Chriſti ſeindt/ zugeſellet werden/ wie der Apoſtell ſagt/ daß wir alle ein Brodt vnnd ein Leib/ die wir alle eins Brodts theilhafftig ſeyn. 1.Cor.10 Darauß wir abermahl einen groſſen troſt erlangen/ in dem wir erkennen/ ſo lang wir in ſolcher gemeinſchafft deß Haupts vnd aller Gottſeliger

Glieder bleiben/ daß vns nichts widerwertigs ſchädtlich ſeyn kan. Darauß jhr dan auch angezündet ſollet werden/ zu der Lieb ewers Nechſten/ daß jhr jhn auch liebet/ wie vns Chriſtus geliebet hat.

Auff daß jr nun ſolcher gnadenreichen Gaben theilhafftig durch die heilige Communion möget werden/ ſo ſprecht alle mit andacht/ Vatter vnſer.

So Kommet nun herzu zuempfahen mit Forcht vnd Glauben die Gaab vnſer erlöſung/ vnd daß Pfandt des ewigen Lebens das vnbefleckt Lamb Gottes/ Chriſtum Jeſum vnſern HERRN.

Abſoluta exhortatione, iubente ſic Paſtore, genu flexo, ſignabit ſe ſigno crucis, & præeunte verbis Sacerdote dicat generalem confeſsionem. Moneat ergo Sacerdos.

Sag mir nach.

ICH armer Sünder widerſage dē böſen Feind/ allem ſeinem eingeben/ rhat vnd that. Jch glaub in Gott den Vatter/ in Gott den Son/ vnd in Gott den heiligē Geiſt. Jch glaub gentzlich was die gemeine Chriſtliche Kirch befilcht zuglauben. Mit dieſem heiligē Glaubē kom̃ ich zu beichten/ vnd bekenne Gott dem Allmechtigē/ Maria ſeiner hochwirdigen Mutter/ allen lieben Heiligen/ vnd gib mich ſchüldig/ daß ich von meinen Kindtlichen tagen an/ biß auff dieſe ſtunde/ offt vnd viel geſündiget

habe/mit gedancken/ worten wercken/ vnd vnderlaſſung vieler guter Werck/wie dañ ſolchs alles geſchehen iſt/ heimlich oder öffentlich/wiſſentlich oder vnwiſſentlich/wider die Zehen Gebot/in den ſiebẽ Todtſünden/an den fünff Sinnen meines Leibs/ wider Gott/ wider meinen Negſten/ vnd wider das Heil meiner armen Seel. Solche/ vnd alle meine Sünde ſeindt mir leid von Hertzen. Bitt derhalben demütiglich/dich ewigen Barmhertzigen Gott/du wolleſt mir deine Göttliche gnade verleihen/ hir zeitlich/ vnd nach dieſem Leben die ewige Frewd vnd Seligkeit/ Amen.

PASTOR SVBIVNGAT.

MIſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis veſtris, perducat vos cum omnibus ſuis Sanctis ad vitam æternam.

Deinde conuerſus ad altare inclinet ſe profundè ante venerabile Sacramentum, cuius particulam in patena aut calice manu vna oſtendat omnibus, dicens vernacula lingua.

Schlaget vor ewre Bruſt/vnd ſaget mir nach.

O HERR ich bin nicht wirdig/daß du eingeheſt vnter mein Dach/ſonder ſprich mit einem Wort/ſo wirt mein Seel geſundt.

Hoc ter repetendum. Deinde faciendo ſignum crucis cum hoſtia ad ſingulos, Sacramentum diſtribuat, dicens.

Corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat te in vitam æternã, Amen

Dum autem Sacramentum reponit, & cuſtos aut alius honeſtus vir ſiue miniſter ablutionem ex calice aut vaſe aliquo porrigit, Sacerdos recitet has Orationes.

Verſ. Oſtende nobis Domine, &c.

Reſp. Et ſalutare, &c.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEus qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti, tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis & regnas, &c.

Poſtremò Sacerdos ſe vertens, communicatis benedicat, dicendo:

BEnedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper, Amen.

NOTA HIC

Cum minori periculo diſpenſatur hoc venerabile Sacramentum, & cum maiori veneratione ſuſcipitur, quando

communicantes genua flectunt. Quare vbi commodè fieri poterit, introducatur hæc conſuetudo. Cum autem omnes communicauerint, qui in primo fuerunt ordine, ſurgant, vt alij veniant & ſimiliter communicent.

Monendus eſt populus, ne ſtatim accepta Euchariſtia, ex templo recedat, ſed quemadmodum ante venerabilis Sacramenti perceptionem orando ſe præparauit, ita poſt acceptum tantum donum, & panem viuum, genu flexo gratias agat Deo patri.

MODVS VISITANDI INFIRMVM, ET ILLIS ADMINIſtrandi venerabile Euchariſtiæ Sacramentum.

I.

PAſtor in primis ad deferendum ægroto venerabile hoc Sacramentum interpellatus, in templo campanam pulſari faciet, dando illi aliquot ictus ex vna duntaxat parte campanæ: tum vt vicini ſic conuocati

Sacramentum comitando venerentur, tum etiam vt pro ægroto communibus votis Deum orent.

2.

Sacerdos ſtolam & ſuperPelliceū indutus præeunte miniſtro cum lumine ac tintinabulo reuerenter in proceſſionem fidelibus inſequentibus deferat ad ægrum ſacroſanctū Domini corpus, atq; toto itinere, ſi fieri poteſt, laudes pſalmos, orationes, hymnoſq; recitet: vt Pange lingua, Lauda Syon: aut circa piam meditationem occupetur.

3.

Pixidem autem, in qua venerabile Sacramentum ante faciem ſuam eleuatum deferet, conuenerit cooperiri panno aliquo honeſto biſsino vel holoſerico, qui etiam vt tegat alterum Sacerdotis brachium, optandum erit. Si autem rure longius erit deferendum per vias abruptas & minus planas, ſepibus interdum interiectis, tum ob periculum lapſus poterit deferri in parua pixide incluſa honeſto ſacculo pretioſioris materiæ ad collum adpendente.

4.

Aqua etiam benedicta (qua domum in ipſo ingreſſu & ipſum ægrotum aſpergi conuenit) poſt Sacerdotem deferatur. Vehementer etiam commendandi ſunt parochiani, qui Sanctiſsimum Domini corpus non ſolū accenſis tædis atq; candelis venerantur, verum etiam corporali præſentia idq; detecto capite venerabile Sacramentum ab Eccleſia ad ægri domum, & ab hac rurſum ad Eccleſiam ſequuntur, Sanctiſq; meditationibus, orationibus, alijsq; exercitijs pietatis iter conſumentes.

5.

Domus ægri ſcopis bene mundata & ornata ſit, & bonis odoribus repleta, ſacris imaginibus accenſiſq; candelis decorata, præcipuè vero inhabitantium puritate & fideli humilitate, qua ſecum recogitent.

Domine

Domine non ſumus digni, vt intres ſub tectum noſtrum.

Sit etiam in domo ægri menſa quò ad pedes bene firmata, mappa candida, candelis accenſis, cruce Domini pulchrè adornata, ſuper quam Sacerdos Chriſti corporis tabernaculum ſeu pixidem reuerenter reponat.

Vinum etiam procurent domeſtici, atq; aquam cum pelui, mantili & cyatho aliquo.

INGRESSVRVS INFIRMI DOMVM, DICAT:

Verſ. Pax huic domui.

Reſp. Et omnibus habitantibus in ea

OREMVS.

Viſita quæſumus Domine habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea repelle, adſint Angeli tui ſancti, qui me miniſtrũ tuum adiuuent, & * infirmum famulum tuum (vel infirmam famulam tuam) in vera fide cuſtodiant. Qui viuis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Tabernaculo Sacramenti ſuper menſa repoſito aſpergat infirmum aqua benedicta, dicendo:

Aſperges me Domine Hyſopo & mundabor; lauabis me & ſuper niuem dealbabor.

Dicat ſi tempus ferat, Pſalmum Miſerere mei Deus. in fine Gloria. poſt repetatur.

Aſperges me Domine Hyſopo & mundabor; lauabis me & ſuper niuem dealbabor.

Verſ.

Verſ. Saluum fac ſeruum tuum.

Reſp. Deus meus ſperantem in te.

Verſ. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.

Reſp. Et de Syon tuere eum.

Verſ Nihil proficiat inimicus in eo.

Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Verſ. Eſto ei Domine turris fortitudinis.

Reſp. A facie inimici.

Verſ. Domine exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

Deus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper * infirmum noſtrum, (infirmam noſtram) oſtende virtutem, vt ope miſericordiæ tuæ * adiutus (adiuta) Eccleſiæ tuæ ſanctæ * ſanus, (ſana) repræſentari mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

NOTA.

Sacerdos hic ægrum, ſi non confeſſus, hortetur ad confitendum peccata ſua.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EXHORTATIO AD AEGROTUM, CUI ſanctum Sacramentum Euchariſtiæ admi-niſtrandum.

Allerliebſter in Chriſto/ als der Almechtig Gott dich jetzunder mit ſchwerer Kranckheit beſucht hat/ ſo ſolt du vor allen dingen deine Hoffnung vnd vertrauwen auff den Almechtigen Gott ſetzen/ der da ſchlegt vnd widerumb heilet/ tödtet vnd gibt widerumb das Leben/ Vnd ſolt wiſſen/ daß er dir dieſe Kranckheit nicht auß vngnaden/ ſonder auß gnaden vnd barmhertzigkeit zugeſchickt hab/ dich damit vätterlich zu caſtigieren vnd zu reinigen/ Vnd ſolſt darumb dieſe gnedige Heimſuchung geduldiglich tragen/ vnd darneben gedencken/ was der Sohn GOttes/ das rein vnſchüldig Lämblein/ vmb deiner Sünden willen gelitten hab/ Vnd ſolt ſeiner Göttlichen barmhertzigkeit/ die es vmb vns alle/ wir ſeyndt kranck oder geſundt/ ſo gantz getrewlich vnd gnediglich meinet/ für alle bewiſene Gnad vnd Barmhertzigkeit hertzlich dancken/ vnd dich in dieſelbige inniglich befehlen. Vor allen dingen hertzlich Rew vnd Leyd vor deine begangene Sündē haben/ vnd dieſelbige alle/ der du dich weiſt zuerinnern/ zuuor Gott dem Almechtigen in deinem Hertzen/ vnd darnach auch mir Prieſter in ſeiner ſtatt Mündlich beichten/ vnd dich von allen deinen Sünden durch die Krafft der Schlüſſeln/ die der HErr JEſus Chriſtus ſeiner H. Allgemeinen

Kirchen gegeben hat/ abſoluieren laſſen/ mit einem feſten ſteiffen Auffſatz/ vortmehr dich der nu/ vnd auch hernach/ ſo du widerumb Leibs geſundheit bekommeſt/ zuenthalten/ vnd nicht mehr zuſündigen/ ſonder wo dir Gott zu Leibs geſundheit widerumb helffen würde/ für deine begangene ſünden Chriſtliche Buß vnd beſſerung zuthun.

Solſt auch allen denē die dich in einicherley weiß erzürnet/ oder beleidiget haben/ auß grundt deines Hertzen gerne vergeben/ vnd daß dir gleichermaſſen auch die jenigen ſo du villeicht erzürnet haſt/ vergeben wollen/ fleiſſiglich vnd hertzlich begehren. Vnd wo du nach deinem Teſtament vnd letzten Willen/ wie du es gern geben vnd nemen wolleſt/ ſo Gott vber dich gebieten würde/ (welchs er doch zu deiner Seelen ſeligkeit lang gefriſten wölle) nicht verordnet hetteſt/ ſoltu ſolches verordnē/ vnd darin ſonderlich der Armen Gottes gedencken/ vnd dich darnach allein mit Gott dem Almechtigē/ vnd mit dem bitteren Leiden vnſers lieben Herrn Jeſu Chriſti bekümmern/ dardurch er ſeine Glaubigen von allen jhren Sünden/ dem Teuffel vnd der Hell erlöſet hat.

Vnd ſolt veſt glauben/ nicht daß du durch deine eigene Verdienſt/ welche dar zu viel klein vnd geringe ſeynd/ ſonder durch das Creutz vnd thewrbar Blut vnſers lieben Herrn Jeſu Chriſti ſelig werden

ſolleſt. Solt auch entlich bey dem wahrē Glauben vnſer Mutter der heyligen Chriſtlichen vnd allgemeinen Kirchen veſt vnd verharꝛlich bleiben / vnd dich deß erfrewen / daß du mögeſt (wo doch Gott vber dich gebieten würde) für einen frommen Chriſten Menſchen / hir von hinnē ſcheiden / vnd in dem Herꝛen (nach dem Leib) entſchlaffen / biß zu fröliche aufferſtehung deſſelbigē / am Jüngſten tag / dir der barmhertzig Gott vns allen gnediglich verleyhen wölle / durch Jeſum Chriſtum ſeinen einigen gebornen Sohn vnſern Herꝛen.

Quod ſi capitalem aliquā inimicitiā vel grauem ſimultatem cum aliquo habuerit de qua publicè conſtet, ſtudeat Parochus diſsidium tollere per blandas & ſuaues ſcripturæ ſententias; ſi autē infirmus nihil reſponderit vel recuſaret offenſam remittere, expreſsè dicat ſeipſum nō poſſe abſoluere, nec alteri hoc licitū eſſe, & caueat, quamdiu in eo ſtatu perſeuerat, vel ei abſolutionem impendere vel Sacramentum altaris quoquo modo adminiſtrare. Non eſt autem neganda abſolutio neq; communio, quando infirmus fecit quod potuit, quia voluntas in neceſsitate pro facto reputatur.

Abſoluta exhortatione, iubeat alios ſecederé, & confeſſum ab omnibus peccatis, etiam ſummo Pontifici reſeruatis, & ab omni ſententia excommunicationis quomodolibet in ipſum lata à iure aut homine, abſoluat cautione data, de ſatisfactione,

MODO INFRA SCRIPTO abſoluatur.

MIſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſ-

ſis omnibus peccatis tuis, perducat te Ieſus Chriſtus Filius Dei viui ad vitam æternam Amen.

Et ego authoritate omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Domini noſtri Papæ N. qua fungor in hac parte, abſoluo te ab omni ſententia excommunicationis lata ab homine vel à iure, & reſtituo te Eccleſiaſticis Sacramentis. Etiam abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Fi ✠ lij, & Spiritus Sancti, Amen.

Si vero ægrotus antè confeſſus fuerit, generalem confeſsionem dicat, & ſic eum alloquatur.

WIewol andechtige liebe N. jhr letzlich ewere heimliche Beicht gethan habt/ vnd auch von mir bericht vnd vnderweiſung geſchehen/ jedoch dieweil wir vns nicht genugſam demütigen können vor dem HErn vnſerem Gott/ da von Joannes der Teuffer (in Mutter Leib geheiligt) geſagt hat/ er were nicht wehrt ſeine Schuriemē auffzulöſen/ wie viel mehr ſollen wir armen Sünder vns demütigen vor der hochheiligē Maieſtat des HErn/ den wir im Sacrament weſentlich entpfangen. Derhalben ſollet jr mir noch vbermal dieſe gemeine kurtze Beicht vor der entpfahung des heiligē Sacraments in ewrem Hertz nachdencken/ gleich wie

ich

ich ſie euch vorſpreche: Ich armer ſündiger Meſch: vide fol. 108.

Quærat ſacerdos:

Solches iſt ja euwere hertzliche meinung?

Reſpondeat ægrotus: Ja.

Si deſierit præ infirmitate loqui, det ſignum nutu vel tactu.

Deinde aſtantes alloquatur.

Andechtige liebe Chriſten / dieweil jhr des Krancken gute meinung vernehmet / ſo laſſet vns das Gebett des Herꝛn ſprechen / dar er vns neben andern lehꝛt bitten: Vergib vns vnſer ſchuld / ꝛc. Daß er dem Krancken alle ſeine ſchuldt vnd ſünde verzeihe / das heilig Sacrament zuentpfahen zu ſeiner Seelen ſeligkeit. Pater noſter, &c. Aue Maria &c.

Tunc dicat:

Miſereatur, &c. Et indulgentiam.

Poſt hæc Sacerdos reuerenter ſacroſanctam Euchariſtiam in altum extollat mente deuota pſallendo:

Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius, & juſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. Pſal. 67.

Sciſciteturq; ab ægroto:

Credisne ſub hoc Sacramento corpus Chriſti vere & ſubſtantialiter contineri? &c.

Reſp. Credo.

Sacerdos de myſterio fidei gratias agens largitori, ſimul orat:

DOmine adauge nobis fidem, (vel) Deus meus illumina tenebras meas.

August. in Pſ. 98. Adorate ſcabellũ pedum eius. Origen. hom. 5. in diu.

Quia vero Auguſt. teſte nemo carnem illam rite manducat, niſi prius adorauerit: breue & pia oratiuncula excitet Sacerdos infirmi mentem ad huius excellentiſsimi viatici perceptionem; moneatq; eum vt incorruptum hoc epulum accepturus, humilians ſemetipſum cum Centurione iuxta antiquiſsimam Eccleſiæ conſuetudinem, dicat:

Math. 8.

Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantũ dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Et tunc porriget ei ſacram Euchariſtiam, dicens:

Accipe frater (vel) ſoror, in viaticum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat ad vitam æternam, Amen. Pax tecum.

Dum pixidem qua hoſtiæ conſecratæ ſeruantur, recondit, dicat pro deuotione ſua Antiphonam.

O ſacrum conuiuiũ in quo Chriſtus ſumitur, &c. (vel) O quam ſuauis eſt Domine Spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam, in filios demonſtrares, pane ſuauiſsimo de cœlo præſtito, eſurientes reples bonis, & faſtidioſos diuites dimittis inanes.

V. Benedictus qui venit in nomine Domini.
Reſp. Deus Dominus & illuxit nobis.

Deinde ablutione data, ſubiungat, mutando genus ſecundum ſexum.

Verſ. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius.

Reſp. Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.

Verſ. Ego dixi: Domine miſerere mei.

Reſp. Sana animam meam, quia peccaui tibi.

Verſ. Saluum fac ſeruum tuum (ancillam tuā) Domine.

Reſp. Deus meus ſperantem in te

Verſ. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.

Reſp. Et de Syon tuere eum. (eam)

Verſ. Eſto ei Domine turris fortitudinis.

Reſp. A facie inimici.

Verſ. Domine exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te humiliter deprecamur: vt huic famulo (læ) ſacroſanctum Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti accipienti tam corpori quam animæ eius proſit ad remedium ſempiternum. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Deinde ſuauibus verbis moneat ægrū, vt gratias Deo agat de tam immenſo eius beneficio, dicendo cum pſalmiſta:

Pſalm. 8
Pſal. 22.

Domine, quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum, (vel) Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

Deinde hortetur eum ad patientiam, & ſui reſignationẽ, ad Dei voluntatem, & diſpoſitionem, vt qui Chriſti corpus accepit, ſuum corpus ei rependat; ſiue ad mortem ſiue ad vitam: Sic enim ad menſam potentis prudenter acceſſerit, de qua Sapiens ait:

Auguſt. tract. 48 in Ioan.

Intellige quæ apponuntur tibi & ſic extende manum tuam, ſciens quoniam ſimilia te oportet præparare.

Conſolatione & monitione finita, Sacerdos ægrotum aſpergat aqua benedicta, dicens:

Aſperge eum (eam) Domine, & mundabitur; laua eum (eã) & ſuper niuẽ dealbabitur.

Poſtea pixidem ambabus manibus tenens, benedicat infirmum cum omnibus præſentibus, dicens:

Pax & benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. R. Amẽ.

Quo dicto reuertatur decenter ad Eccleſiam, dicendo Pſalmum Miſerere mei, &c. Et ad oſtium chori, ſeu ad altare, pro conſuetudine loci, reuerſus vertat ſe ad eos qui comitati ſunt, genuflexos, eoſq; moneat ad orandum pro infirmo. Deinde facta benedictione ad populum, pixidem ſuo loco reponat, dicendo collectam:

DEus qui nobis ſub Sacramẽto mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue, quæ-

ſumus

ſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus, Qui viuis.

Si infirmus ob aliquod corporis incommodum ſacram Euchariſtiam ſumere non poſsit, moneatur vt ſpiritualiter accipiat voto propoſitũ illũ panem cæleſtẽ edens ac viua fide, quæ per dilectionẽ operatur; fructum eius & vtilitatẽ ſentiens, Proinde ſeipſum illis S. Auguſtini verbis conſoletur, Crede & manducaſti. Cui propterea ad eius animũ excitandum, ac mentem in deum eleuandam, ſanctiſsimum hoc ſacramentum oſtendi poterit, Vbi ille D. Thomæ ſequutus exemplum, magna fide, & reuerentia dicat:

DOminus meus, & Deus meus. Adoro te corpus Saluatoris mei IEſu Chriſti, & benedico tibi, quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum. Domine redime animam meã.

Poſtea recondat ſacram Euchariſtiam in pixide, & poſt ablutionem manuum, ad ægrotum redeat, ipſumq; conſoletur & inſtruat, ac aqua benedicta aſpergat, vt prius: ſicq; redeat ad Eccleſiam. Profuerit autem annuntiare, quandoq; populo, indulgentias ijs datas, qui hoc ſacramentum comitati ſunt; hoc modo ſermone vulgari:

Quicunq; comitati eſtis ſacratiſsimum Chriſti corpus, feciſtis opus miſericordiæ viſitando infirmum; inſuper conſecuti eſtis indulgentiam centum dierum: qui verò detuliſtis cereos accenſos; ducentorum dierum.

* * *

INSTRVCTIO DE SACRAMENTO EXTREMÆ Vnctionis.

Iacob. 5. INfirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum vngẽtes oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuiabit eũ Dominus, & ſi in peccatis ſit dimittẽtur ei. His verbis Apoſtoli (quibus Sacramentũ Extremæ vnctionis à Chriſto inſinuatum apud Marcum, fidelibus commendatum, ac promulgatum) docetur materia, forma, proprius miniſter, & effectus huius ſalutaris Sacramenti inſinuatur. Concil. Triden. ſeſs. 14.

MATERIA.

I. MAteria igitur huius Sacramenti, eſt oleum oliuarum ab Epiſcopo ſanctificatum & benedictum: Significat & repræſentat aptiſsimè hoc oleum, Spiritus ſancti gratiam, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur.

2. Vocatur oleum infirmorum, nõ Chriſma, aut oleum catechumenorum: quare diligenter aduertat ſacerdos ne vnum pro alio miniſtret.

3. Paſtor ſingulis annis debet oleum ſacrum mutare, & vetus comburere, alioqui grauiter peccat. Si ſacrum Chriſma, aut oleum catechumenorum, vel infirmorum ex vſu ſic deficeret, vt exiſtimaretur nõ ſuffecturum, infundatur guttatim oleum oliuarum non benedictum, & totum efficitur benedictum. De conſ. Eccleſ. cap. Quod in dubijs.

FORMA.

FOrma huius Sacramenti conſiſtit in verbis, quæ profert Sacerdos, quando inungit infirmum. Per iſtam vnctionem, & ſuam pijſsimam miſericordiam

indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per viſum, auditum, tactum, &c. & ſic de alijs partibus inungendis, vt in agenda habetur.

EFFECTVS.

1. PRincipalis effectus, eſt gratia Spiritus ſancti, quæ animam debilitate & languore ſpirituali, atque ab omnibus reliquiis peccatorum, à pronitate ad malum, à difficultate ad bonum, à puſillanimitate, & à terrore mortis liberat, vt æger hinc migraturus alleuietur contra pondus morbi, & corpus & animam mortis metu grauantis.

2. Quia hilaritas quædam & lætitia ſpiritualis ægrotantis animo infunditur.

3. Quia robur contra tentationes dæmonis tunc maximè infeſtantis additur, & eius conatus & poteſtas coercentur.

4. Ipſa peccata venialia & aliquando etiam mortalia, quæ per obliuionem ignorata erant, aut de quibus non habita fuit per omnia ſufficiens contritio, remittuntur.

5. Ipſæ quoque pœnæ peccatis ipſius infirmi debitæ vel penitus tolluntur, vel magna ex parte minuuntur.

6. Demum huius Sacramenti ſuſceptione proteſtatur infirmus, quod permaneat in fide Eccleſiæ Catholicæ, ex quâ tanquam miles curſu certaminis feliciter cõſummato, properat ad brauium & coronam iuſtitiæ. In ſummâ, ita infirmus præparatur, vt omni impedimento ſublato nihil relinquatur in exitu, quod animam à gloria æterna & amplexu ſponſi remouere & retardare poſsit.

7. Secundarius vero effectus, eſt ſanitas etiam corporis, ſi ita animæ ſaluti expediat. Et quia non ſemper expedit: fit vt non ſemper hic effectus ſequatur cum tamen primarius ille nempe animæ perfecta ſalus, ſemper & certa ſequatur ſi nullum fuerit in infirmo impedimentum.

3.

His rebus explicandis, Paſtores & infirmos confirmare, & conſolari, & præſentes ſanos ad conſiderationem fragilitatis humanæ rememorandam inducere ſtudebunt.

MINISTER.

1.

Miniſter extremæ vnctionis, eſt Paſtor proprius (non enim poteſt laicus inungere etiam in articulo neceſsitatis) licet in neceſsitate alius ſacerdos, qui paſtor non ſit id poſſit ſine peccato.

2.

Nullus nominatim excommunicatus vel ſuſpenſus ab officio, adminiſtrare debet extremam vnctionem, etiamſi ſit proprius paſtor: poteſt tamen alteri non excommunicato dare adminiſtrandi licentiam.

3.

Religioſus non poteſt eſſe miniſter huius ſacramenti, niſi habita licentia proprij paſtoris, quia incurreret excommunicationem. De Priuil. cap. Religioſi in Clement. niſi forte faceret ex ignorantia, vel ſub ſpe ratihabitionis. Aeger tamen ignorans peccatum alieni & religioſi ſacerdotis fructu ſacramenti non priuatur.

QVIBVS HOC SACRAMENTVM ADMINISTRARI DEBEAT.

1.

Infirmis tantum, qui extremè, hoc eſt, periculosè laborant, adminiſtretur, non ſanis, etſi in periculo mortis conſtitutis: Cuiuſmodi ſunt damnati per ſententiã ad ſuppliciũ mortis, non nauigationis, prælij, aut aliud vitæ periculum adituris.

2.

Datur adultis, non pueris, qui nondum per viſum, auditum, tactum, &c. deliquerunt: & ob eandem cauſam non datur perpetuo furioſis, phreneticis amentibus.

Haben

3.

Habentibus lucida interualla dari debet, etiamſi tunc eos ligari oporteat, niſi ante phreneſim, furiam, amentiam fuiſſent excommunicati, vel notoriè malæ vitæ, nec oſtendiſſent ſigna pœnitentiæ.

4.

Non eſt exſpectandum ad inungendum infirmum vſq; ad vltimum, quando nullum ſenſum & deuotionem habere poteſt. Si tamen infirmus petierit hoc Sacramentum, &c, antequam ſacerdos veniat, loquendi & intelligendi vim amiſerit, nihilominus inungatur: quia in tali caſu etiam deberet baptizari, & à peccatis abſolui, ſi baptizatus & abſolutus non fuiſſet.

5.

Inungi debent præcipuè loca quinq; ſenſuum, in his enim partibus vigent peccatorum radices, quibus proinde medicinam adhiberi conuenit.

6.

In ijs autem, qui non nullis ex prædictis membris carent, proxima loca corporis inunguntur, & ſimul dũ fit vnctio, proferenda ſunt verba, Per iſtam vnctionem, &c. non autem interuallo.

7.

Presbyteri manus inungendæ ſunt exterius, non interius, quia ibi prius ab Epiſcopo inunctæ ſunt in ordinatione ſacerdotij.

VTRVM ITERARI POSSIT.

Poteſt iterari hoc Sacramentum, & quidem in eadem infirmitate, quandocunq; quis eſt in articulo mortis modo ſit caſus diuerſus, vt qui in hydropiſi aut febri diuturna, poſtquam euaſit periculum, rurſum poſt aliquantulum temporis de vita periclitatur.

AN SIT HOC SACRAMENTVM NECESSITATIS.

Non eſt abſolute neceſſarium ad ſalutem: omittere tamen ex contemptu, & nolle ſuſcipere quaſi Sacramentum

eſſet, nec ad ſalutem vtile; damnabile eſſet & hæreticum, qui verò ex aliqua negligentia omittit, etſi id faciat citra iacturam ſalutis tamen multis bonis & magnis præſidijs ſe priuat, vt eſt palàm ex ſupradictis effectibus.

Paſtores, qui ſunt negligentes in huius Sacramenti adminiſtratione, non euadunt peccatum mortale.

QVOMODO DIFFERAT EXTREMA VNCTIO A CONFIRMATIONE.

1. In Sex. Primò in effectu ſeu efficatia: quia confirmatio præparat ad melius pugnandum, extrema Vnctio ad expeditius è certamine emigrandum.

2. Secundò, in tempore: quia Confirmatio datur in ſanitate, extrema Vnctio in extrema infirmitate.

3. Tertiò, in loco: nam illa in fronte, hæc in alijs corporis partibus.

4. Quartò in adminiſtratione: quia confirmatio datur à ſolis Epiſcopis, extrema Vnctio ab alijs Sacerdotibus inferioribus.

5. Quintò, in materia: quia confirmationis materia eſt Chriſma, hoc eſt, oleum cum balſamo commixtum; extremæ vnctionis, oleum ſolum.

6. Sextò, in forma, quæ vtrobiq; diuerſa eſt, vt patet.

7. Tempore interdicti hoc Sacramentum conferri non debet. In diſpenſatione huius Sacramenti ſacerdos pecuniam non petat, ſponte tamen oblatam ſi velit, recipere poteſt

Modus

MODVS
ADMINISTRANDI EXTREMAM VNCTIONEM.

ANte huius Sacramenti adminiſtrationem tria ſunt neceſſaria.

1.

Primò, in templo, vnde ſacrum oleum deſumetur, Sacerdos ſuperpelliceum & ſtolam indutus, præeunte custode templi induto etiam ſuperpelliceo, cum lumine atq; aqua benedicta reuerenter in toto itinere recitet pſalmos pænitẽtiales, niſi illos malit in templo, antequam egrediatur, aut coram infirmo ante letanias, aut in ipſo templo poſtquam ab infirmo redierit, recitare. Hocq; fiet pro ſacerdotis maiori commoditate & aliorum ædificatione.

2.

Secundò, Sacerdotem vicini ad honorandum & venerandum hoc ſacramentum comitabuntur vſq; ad infirmi domum, & inde ad Eccleſiam. & vt omnes intelligant infirmum inungendum, & communi oratione curandum, ſignum aliquod toti populo notum magnæ campanæ attactu & ſono detur.

3.

Infirmi domo ſit effigies crucifixi, in menſa pulchro & albo panno veſtita, in qua præter accenſas candelas cereas, etiam munda aqua cum ſale & mica panis & lino ſiue ſtupa ponentur, ad abluendum & defricandum digitos ſacerdotis peracta vnctione. Inde linum ipſum & cætera, quibus ſic digiti ſacerdotis perfricati fuerint, igne comburentur.

4

Sacerdos igitur ad hoc Sacramentum adminiſtrandum vocatus, primum ſigno maioris campanæ populo id ſigni-

ficare procuret, tum ſuperpelliceo & ſtola indutus oleum infirmorum ex ſacrario depromat, & præeunte clerico ſeu cuſtode (vt dictum eſt) domum infirmi rectà petat in cuius ingreſſu dicat:

PAx huic domui.

Reſpondet cuſtos.

Et omnibus habitantibus in ea.

Deponat oleum ſanctum ſuper menſam ad hoc paratam, deinde accipiat aquam benedictam, & aſpergat ægrotum, & aſsiſtentes, & ipſum cubiculum & cubile, in quo infirmus iacet, dicens:

Aqua benedicta ſit nobis ſalus & vita, Amē.
vel, Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Deinde ſubiungat.

Benedic Domine domum iſtam, & omnes habitantes in ea, quia tu Domine dixiſti: pax huic domui: benedic Domine timentes te, puſillos cum maioribus. Benedicti vos Domino, qui fecit cœlum & terram.

OREMVS.

EXaudi nos Deus noſter, pater omnipotēs æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foueat, viſitet & defendat * hunc infirmum (hanc infirmam) & omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

OREMVS.

OMnipotens æterne Deus, quæſumus immenſam pietatem tuam, vt ad introitum in tuo nomine humilitatis noſtræ * hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) in hoc habitaculo iacentem, ſalutifere viſitare digneris & ſicut tu viſitaſti Tobiam & Saram, ſocrum Petri, puerumq; Centurionis, ita & * iſte (iſta) priſtina ſanitate animæ & corporis recepta, gratiarum tibi in Eccleſia referat actionem, per Chriſtum Dominum noſtrum.

OREMVS.

OMnipotens & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis præ cæteris tantam conferre dignatus es gratiam, vt quicquid in tuo nomine dignè perfecteq; ab eis agitur, à te fieri credatur, quæſumus, immenſam clementiam tuam, vt quicquid modo viſitaturi ſumus viſites; quicquid benedicturi, bene✠dicas, ſitq; ad noſtræ humilitatis introitum, ſanctorumq; tuorum meritis, fuga dæmonum, & angeli pacis ingreſſus. Per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Paternè ſalutetur infirmus, & interrogetur, num velit hoc ſacramẽtum in fide Eccleſiæ Catholicæ percipere, quod Deus animabus corporibuſq; fidelium ſanandis ſalubriter inſtituit ac per Apoſtolos & Eccleſiam promulgati voluit, & ſemper ſuis ſelectis adminiſtrauit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quo dicente, volo, ſi æger ſit adhuc ſanæ mentis vt quæ dicuntur poſsit intelligere ſacerdos illum ſic breuiter conſolari poterit & exhortari.

Vermanung an die Krancken/ da jhnen die H. Oelung geraicht werden ſoll.

Geliebter in Chriſto. Es iſt ja wol billig/ daß wir allezeit/ wir ſeyn geſundt oder kranck/ vnſern Willen/ dem heiligen vnd gerechten Willen Gottes vndergeben/ vnd vns vnter ſeine mechtige Handt gehorſamlich demütigen ſollen: Weil er vnſern Todt vnd Leben in ſeinem gewaldt helt/ vnd als ein Werckmeiſter guten fug hat mit vns ſeinen Gefäſſen/ die er gemacht hat ſeinen Willen zu thun. Ja weil wir alle ſterblich geſchaffen ſeynd/ vnd nicht anders werden/ dann daß wir bald ſterben müſſen.

So ſollen wir billich deſto weniger erſchrecken/ vnd vns nicht verdrieſſen laſſen/ ob vns etwan gefehrliche Kranckheiten zuſtehent/ die vns zum todt fürdern/ vnd auff den Weg abfertigen möchten:
Hebr. 9. Dann wir alle einmahl (ein jedes zu ſeiner zeit) hinziehen müſſen.

Ob es nun auff dißmal der heilig vnd gerecht Wille Gottes were/ daß er dich auß dieſer vnrühigen/ bittern vnd böſen Welt abfordern wolt: Soltu nicht allein willig vnd gedültig ſeyn/ ſondern auch

frölich vnd mit luſten dich dem Willen Gottes ergeben / vnd diß gegenwertig Leben gern mit jenem Ewigen vertauſchen. Weil wir inſonderheit bey dieſer argen Welt vnd gefehrlichen Zeiten / nichts anders in dieſem Leben dañ mühſeligkeit / armuth / kranckheit / verachtung / ſchmach vnd Hertzleyd an vns ſelbſt oder den vnſern zuerwarten haben.

Vnd aber wol wiſſen / daß jenes Leben / darin wir durch den Todt als durch ein Thür hinzihen / mit keiner Trübſal oder Bitterkeit vermengt iſt. Dañ Gott in jenem Leben alle Zehern von den Augen ſeiner Außerwehlten abtrücknet / vnd ſie vor Schmertzklagen / Kranckheit / Todt vnd allem Vnglück freyet / vnd nichts dann ewige / vnendtliche Freud vnd Seligkeit verſuchen leſt. Apoc. 21 Eſaiæ 25

Darumb lieber Bruder (oder) liebe Schweſter / laſſe dich nicht verdrieſſen / ob du gleich in dieſer Kranckheit dein zeitlichs Leben verlaſſen muſt: Allein laß dir angelegen ſeyn / vnd richte dich dahin / wie du diß Leben mit einem guten Ende in der genade Gottes ſchlieſſen / vnd jenes ewig Leben vnuerhinderlich ergreiffen mögeſt.

Nun ſindt aber nicht allein deine / ſondern aller Menſchen Verdienſt viel zu klein vnd zu gering darzu / daß ein Menſche ſich der Seligkeit auff ſeine Werck vertröſten möcht.

Da es aber an vnſern Wercken vnd eygen Ver-

dienſten mangelt / da haben wir vns an die Verdienſt Chriſti vnſers gemeinen Heylands zuhalten: den GOTT auß Vätterlicher Liebe gegen vns darumb in die Welt geben hat / daß / wer an jhn
Ioan. 3. glaubet / nicht verderben / ſonder das ewig Leben haben ſol.

Auff den hat Gott zuuor deine vnd aller Men-
Eſai. 53. ſchen Sünd gelegt: vnd jhn vmb deine Sünde laſ-
1. Cor. 15 ſen verwundt vnd ſchmertzlich ſchlagen werden. Vnd die Straff die du vor deine Sünde nach ſtrenger gerechtigkeit Gottes billig gedülden ſolleſt / die hat Gott zuuor an ſeinẽ einigen vnd geliebten Son erholet / vnd jhn ſchmertzlich leiden laſſen für deine Sünde / auff daß er dein verſchonen wolt.

Auff dieſen gnedigen vnd erbarmenden Allmechtigen Gott / ſoltu dein Vertrauwen ſteuren / ein frölich getroſt Hertz faſſen / vnd dich vor nichts förchten: ſondern ein ſteiffe Hoffnung vnd vngezweiffelte Zuuerſicht haben / weil ſich GOtt vmb dein Heyl ſo viel angenommen hat / daß er ſeinen einigen Sohn für dich in Todt geben / vnd durch ſein thewres vnd heiliges Blut dich von Sünden / Teuffel / Helle vnd Todt erlöſt / vnd dich zum heiligen Tauff / darin du in die gemeinſchafft Chriſti eingeleibt biſt / auß gnaden hat kommen laſſen: So wirt er dich auch noch nicht auß ſeiner Hulde vnd Gnade verſtoſſen: Sonder nachmals mit ſeiner

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vätterlichen Liebe vnd Gnade / zu dir ſetzen / vnd dir auch auß dieſer deiner letzten Noth außhelffen / vnd entweder dir dein Leibsgeſundheit bald widergeben / wo es zu ſeiner Göttlichen Ehr vnd deinem Heyl dienſtlich ſeyn ſol: oder dich durch den Leiblichen Todt in jenes Leben hinführen / da deine liebe Seel bey GOtt mit jhrem lieben Erlöſer vnd allen ſeinen Außerwehlten ſich erlüſtigen / vnd in der Aufferſtehung am Jüngſten Tage / mit dieſem deinem ſterbenden Leib ſich widerumb vereinigen: vnd du alsdann mit Leib vnd Seel ewigen Luſt vnd Freude / ohne einige Trawrigkeit genieſſen würdeſt.

Hierüber haſtu ja die Verheiſſung Gottes / der nicht liegen kan / vnd nicht betriegen wil.

Hierüber haſtu auch ſeine heilige Sacrament in zeit deines Lebens / als krefftige Sigil vber ſeine Zuſage entpfangen: darauff du wider alle deine ſchwehre vnd viele Sünden wol vertrawen magſt. Dann GOttes Warheit vber alle vnſere Sünde vnd Boßheit krefftig / vnd ſeine Gnade mit vnſer Dürfftigkeit (wie groß die jmmer ſeyn mag) nicht zuerſchöpffen ſeyndt.

Doch ſoltu auff die Gnade Gottes alſo vertrawen / daß du alle Mittel gern annemen / vnd gehorſamlich brauchen wölleſt / die Gott durch Chri-

ſtum zur vergebung vnſerer Sünden verordnet/ vnd vns dieſelben in ſeiner Kirchen gelaſſen hat/ daß wir durch den gebrauch derſelbigen/ gleich als mit füglichen Inſtrumenten vnd Gefäſſen/ ſeine Gnad vnd Chriſti Verdienſt ergreiffen/ an vns bringen/ vnd eygen machen/ vnd zu vnſerm Heyl vnd Troſt genieſſen mögen.

Vnter welchen Mitteln/ auch die H. Oelung eins iſt/ die vnſer lieber HErr Chriſtus Jeſus darumb ſeiner Kirchē eingeſetzt vñ verlaſſen hat: damit die Chriſtgläubigen in der letzten noth (ſo ſie in gefährliche Kräckheit gefallen/ vnd jetzundt dem endt vnd abſcheid nahe ſeynd) wider die anfechtung vnd ſchrecken des böſen Feinds/ auff die gnade vnd beyſtandt Gottes ſich zu tröſten haben.

Von welcher Oelung der H. Apoſtel Jacobus (ohn zweiffel auß befelch vnd dem Geiſt Chriſti) die Kirchen Chriſti alſo vnderrichtet. Iſt jemandt Iac. 5. kranck vnter euch der beruffe zu ſich die Prieſter der Kirchen/ vnd laß ſie vber jhn betten/ vnd jhn ſalben mit Oel/ in dem Nahmen des Herren: Vnd das Gebett des Glaubens wirt dem Krancken helffen/ vnd der HErr wirdt jhn erleichtern/ vnd ſo er in Sünden were/ werden ſie jhm vergeben.

Da kan ja ein glaubiger Chriſt/ auß dieſer Göttlichen Verheiſſung/ vnd bey dieſem Zeichen (gleich wie bey andern Sacramenten) ſteiffe tröſtung in ſein Hertz einfaſſen.

Dann dieſe Oelung hie nichts anders / dann die Krafft Göttlicher genaden / vnd barmhertzigkeit bedeutet.

Dann gleich wie das Oel (was zum Liecht gebraucht wirdt) Zumal Schein vnd Hitz gibt / vnd wo es an die Glieder geſalbet wirdt / den Leib ſtercket vnd krefftigt: Alſo auch die Genade Gottes den Verſtandt des Menſchen erleuchtet / ſein Hertz mit Liebe vnd Vertrauwen gegen Gott entzündt vnd erhitzet / vnd das Gemüth des Menſchen wider alle bedröwung der böſen Feindt / wider Sünd / Hell vnd Todt mechtiglich ſtercket.

Welches alles der Apoſtel damit meinet: Der Herr wirt jhn erleichtern. Da das auch hefftig zum troſt eines glaubigē dienē ſol / daß durch krafft diſes Sacraments / vñ vmb die Gebett der Glaubigē jm ſeine Sünd (wo jhme noch etliche anhangen) vergeben werden: Vnd auß erbärmnuß Gottes / jme nicht zur verdamnuß zugerechnet werden ſol / daß er ſeine Glieder zu Waffen der vngerechtigkeit vnd Sünden dargeben / vnd Gott / den er in ſeinem Leib tragen vnd ehren ſolt / mit dem ſündlichen Mißbrauch ſeiner fünff Sinn vnd Gliedern vielfeltig erzürnet hat.

Hic ſciſcitetur ab ægro num habeat aliquid in confeſſione dicendum, ſi reſponderit, quod ſic, illum blandè, & patienter audiat, & illum abſoluat, dicendo:

MIſereatur tui omnipotens Deus & dimiſ-

ſis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam, Amen.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſummus Pontifex, te abſoluat, & ego authoritate ipſius, qua fungor indignus, abſoluo te, imprimis à vinculo excommunicationis, & à quibuſuis cenſuris Eccleſiaſticis, in quantũ poſſum & indiges: deinde ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ✠ ſancti. Paſſio Domini noſtri IESV Chriſti, merita B. Mariæ ſemper virginis, & omnium Sanctorum, quicquid boni feceris & mali ſuſtinueris, concedant tibi in remiſſionem peccatorum tuorum, in augmentũ gratiæ & præmium vitæ æternæ.

Si autem nihil, quo conſcientia oneretur, ſe habere reſponderit; nihilominus iubeat generaliter confiteri, dicendo Confiteor, vel ſi neſciat, pectus tundat, generaliter Dei miſericordiam inuocando, tum det illi generalem abſolutionem, dicendo:

MIſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam, Amen.

Indulgentiam, abſolutionem & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & miſericors Dominus, Pater, Filius, & Spiritus ✠ ſanctus.

Deinde iubeat infirmum (ſi poſsit) recitare Symbolum fidei: ſi non poſsit, recitet ipſe alta voce coram infirmo, & materna lingua ad captum infirmi, & illum pro more antiquo Eccleſiæ interroget:

I.

MEin Freund vnd Bruder (Freundinne vnd Schweſter) glaubt jhr veſtiglich alle Puncten vnd Artickel des Glaubens/ vnd ins gemein alles was die Catholiſche Apoſtoliſche Römiſche Kirch befilcht zu glauben? Habito reſpectu perſonæ & ſtatus.

Reſpondeat. Ja Herr/ alſo helff mir Gott.

II.

Es iſt euch ja ein hertzliche freud/ daß euch von Gott dieſe Gnad erzeigt/ zu ſterben in dem heiligen Glauben/ einigkeit vnd vnderthenigem gehorſam vnſer lieben Mutter der H. Kirchen?

Reſp. Ja Herr/ ꝛc.

III.

Es iſt euch ja jnniglich leyd/ daß jhr den gütigen barmhertzigen Gott/ ſo vielmahl vnd hefftig ewer gantzes Lebenlang erzürnet vnd beleidiget habt/ mit verbrechung des Tauffsbunds/ in bekandten vnd vnbekandten Sünden/ vnd begehrt mit allen krefften verzeihung?

Reſpondeat. Ja Herr/ ꝛc.

IIII.

Wenn nun aber durch ſunderliche Verſehung Gottes/ euch ewere vorige geſundheit würde mit-

getheilt

getheilt werden/ſo habt jhr ja einen vnbeweglichen Willen vnd Fürſatz ewer Leben heiliger anzuſtellē?

Reſp. Ja Herꝛ/ꝛc.

V.

Begehrt jhr auch daß euch der Herꝛ gnad vnd kein recht widerfahren laſſe/ vnd daß er im allerletzten mit euch handle/nicht nach ewern Verdienſten/ ſonder nach ſeiner vnendlichen Barmhertzigkeit?

Reſpondeat. Ja Herꝛ/ꝛc.

VI.

Verzeiht jhr auch von Hertzen allen Menſchen/ welche euch ewer Lebenlang/ jemahl beleidigt haben auff Erden?

Reſp. Ja Herꝛ/ꝛc.

VII.

Begehrt jhr auch im gleichen von allen Menſchen/die jemahl von euch ſeynd betrübt oder beleidigt worden/ daß ſie euch ſolches vmb Gottes willen verzeihen?

Reſpondeat. Ja Herꝛ/ꝛc.

VIII.

Glaubt jhr daß für euch geſtorben iſt Chriſtus Jeſus der Sohn des lebendigen Gottes?

Reſpondeat. Ja Herꝛ/ꝛc.

Glaubt jhr daß er euch zum beſten die Sünde/ den Todt/ Teuffel vnd Helle vberwunden/ vnd euch mit ſeinem Blut von des Sathans gewaldt/ vnd vom ewigen Todt erlöſet hat?

Reſpondeat. Ja Herr/ ꝛc.

Glaubt jhr auch daß jhr nicht könt ſelig werden dann allein durch ſeinen bittern Todt?

Reſpondeat. Ja Herr/ ꝛc.

Dieſe Proteſtation, Zuſag vnd Verſprechung thut jr jetzo/ als ewern endlichen letzten vnuerrucktẽ ſtandhafftigen willẽ/ für mir als ewerm Paſtorn vñ Beichtsvatter vnwiderrůfflich/ vñ ſagt alſo allen Zeitlichen dingen/ Sünden/ Lüſten/ Verwandten/ Bekandten/ Kindern/ Eltern/ Gemahl durchauß vmb Gott vnd ſein ewiges Reich willen ab?

Reſpondeat. Ja Herr/ ꝛc.

Wolan lieber Bruder (Schweſter) ſo ſolt jhr nun gantz růhig auff Chriſtum vnd ſein Leyden ewer Zuuerſicht ſetzen/ in ſeinen Todt ſolt jhr euch verbergen vnd einwickeln/ jhr ſolt euch darmit gar bedeckẽ/ vnd die Leibs ſchmertzẽ/ gleich wie ſcharpffe Nägel brauchẽ/ vnd euch damit an das Creutz hefften/ auch hinforder nichts wiſſen oder in ewern Gedancken haben/ dann allein den lieben Herrn Jeſum Chriſtum den Gecreutzigten. Dem ſolt jhr

in ſeine außgeſtreckte Armen / in ſeine heilige Blut-triffende Wunden / ja in ſein trewes Hertz / vnd in den grundloſen Abgrundt ſeiner Liebe erſinckē / vnd alſo den letzten Streit in Gottes Nahmen getroſt angehen / ſo werdt jhr gewiſzlich die Victori vnd vnuergengliche Kron erhalten.

Vel dicat ſaltē apud infirmum pſalmū Miſerere.

Tunc accenſo lumine, ſi infirmi ſtatus patiatur, legat ſeptem Pſalmos ex ordine; vel ſi non patiatur, eos vel antea vel poſt ſeorſim legat; & genibus flexis Litanias cum precibus deuote legat.

PArce Domine, parce * famulo tuo (famulę tuæ) * quem (quam) redemiſti Chriſte ſanguine tuo, nec in æternum iraſcaris ei.

KYrie eleiſon, Chriſte eleiſon,
Chriſte audi nos.

Saluator mundi adiuua nos.

Sancta Maria
Sancte Michael
Sancte Gabriel
Sancte Raphael
} Ora pro * eo (ea.)

Omnes ſancti Angeli & Archangeli Dei
Orate pro * eo (ea.)

Omnes ſancti Throni & Dominationes,
Orate pro * eo (ea.)

Omnes ſancti Principatus & Poteſtates,
Orate pro * eo (ea.)

Omnes ſanctæ virtutes cælorum
Omnes ſancti Cherubin & Seraphin
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ
Omnes ſancti innocentes
Omnes ſancti Martyres & Confeſſores
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ
Omnes ſancti Anachoretæ
Omnes ſanctæ virgines & viduæ
Omnes ſancti infantes
Omnes ſancti pœnitentes & confitentes
} Orate pro eo (ea)

Omnes Sancti Parce ei Domine.

Propitius eſto
Ab hoſte malo
A morbo malo
Ab inſidijs Diaboli
A tentatione diabolica
A ſubitanea & improuiſa morte
Ab omni immūditia cordis & corporis
A morte perpetua
Ab ira tua
Per aduentum tuum
Per natiuitatem tuam
Per crucem & paſſionem tuam
Per reſurrectionem & aſcēſionem tuam
Per aduentum Spiritus ſancti paracleti
In die Iudicij
} Reſponſio: Libera eum (eā) Domine.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Vt pacem & ſanitatem ei dones
Te rogamus audi nos.
Vt ſpatium & locum pœnitentiæ ei dones
Te rogamus audi nos.
Vt omnes cogitationes prauas ab * eo (ea) auferre digneris, Te rogamus audi nos.
Vt illicitas voluptates ab * eo (ea) repellere digneris, Te rogamus audi nos.
Vt gratiam ſancti Spiritus cordi eius infundere digneris, Te rogamus audi nos.
Vt pœnitentiam & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum ei dones, Te rogamus audi nos.
Vt * hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) à lecto ægritudinis tua potentia erigat, Te rogamus audi nos.
Vt inſidias Diaboli deuincat,
Te rogemus audi nos.
Vt nos exaudire digneris.
Te rogamus audi nos.
Fili Dei
Te rogamus audi nos.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Parce ei Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Miſerere ei Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleyſon.

Chriſte eleyſon.

Kyrie eleyſon.

Pater noſter, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

Reſp. Sed libera nos à malo.

Saluum fac * ſeruum tuum (ancillam tuã.)

Reſp. Deus meus ſperantem in te.

Conuertere Domine vſquequo.

Reſp. Et deprecabilis eſto ſuper * ſeruum tuum (ancillam tuam.)

Dominus conſeruet * eum (eam) & viuificet eum (eam.)

Reſp. Et non tradat * eum (eam) in animam (inimicorum eius.

Mitte ei Domine auxilium de ſancto.

Reſp. Et de Sion tuere * eum (eam.)

Nihil proficiat inimicus in * eo (ea.)

Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Redde illi lætitiam ſalutaris tui.

Reſp. Et Spiritu principali confirma ✶ eum (eam).

Ne proijcias ✶ eum (eam) à facie tua.

Reſp. Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas ab ✶ eo (ea.)

Delicta iuuentutis eius & ignorantias eius.

Reſp. Ne memineris Domine.

Eſto illi Domine turris fortitudinis.

Reſp. A facie inimici.

Exurge Domine adiuua ✶ eum (eam).

Reſp. Et libera ✶ eum (eam) propter nomen ſanctum tuum.

Domine exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DEVS qui famulo tuo Ezechiæ, ter quinos annos ad vitam donaſti: ita ✶ hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) à lecto ægritudinis tua potentia erigat ad ſalutem. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Reſpice Domine ✱ famulum tuum (famulam tuam) in infirmitate corporis ſui laborantem, & animam refoue quam creaſti, vt caſtigationibus ✱ emendatus(emendata) continuo ſe ſentiat tua medicina ✱ ſanatum(ſanatam)Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Deus, qui creaturæ tuæ pio ſemper dominaris affectu, inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris, & ✱ famulum tuum (famulam tuam) diuerſa imbecillitate corporis laborantem placatus reſpice, viſita atq; defende in ſalutari tuo, & ei cæleſtis gratię præſta medicinã. Per Chriſtum Dominum noſtrũ.

Deus, qui humano generi ſalutis remedia & vitæ æternæ munera contuliſti, conſerua huic ✱ famulo tuo (famulæ tuæ) tuarum dona virtutum, & concede, vt medelam tuam non ſolum in corpore, ſed etiam in anima ſentiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Hic ponat Sacerdos manum ſuper caput infirmi, dicendo:

VIrtutum cæleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem & omnem infirmitatem tua poteſtate depellis: adeſto propitius ✱ famulo tuo (famulæ tuæ) vt fugatis infirmitatibus & viribus reuocatis per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nomen ſanctum tuum, inſtauratam protinus percipiat ſanitatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

DEVS humani generis benigniſſime conditor miſericordiſſime reformator, qui hominem inuidia diaboli ab æternitate deiectum, vnici filij tui ſanguine redemiſti: viuifica * hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) * quem (quam) tibi nullatenus mori deſideras, & qui nō derelinquis deuiantem, aſſume * correptum. (correptam.) Moueant pietatem tuam Domine huius * famuli tui (famulæ tuæ) lachrymoſa ſuſpiria, tu eius medere vulneribus, tu iacenti manum porrige ſalutarem, ne Eccleſia tua aliquæ ſui corporis portione vaſtetur, ne grex tuus detrimentum ſuſtineat, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet, ne renatum lauacro ſalutari mors ſecunda poſſideat: Tibi ergo Domine ſupplices preces & fletum cordis effundimus, tu parce confitenti, vt ſic in hac mortalitate, peccata ſua te adiuuante defleat, quatenus in tremendi iudicij die ſententiam damnationis æternæ euadat, & neſciat quod terret in tenebris, quod ſtridet in flammis, atq; ab erroris via ad iter * reuerſus (reuerſa) iuſtitiæ, nouis nequaquam vltra vulneribus ſaucietur, ſed

integrum ſit ei atq; perfectum, vt quod ei tua gratia contulit, hoc miſericordia reformetur, Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Sacerdos hic imaginem crucifixi infirmo exhibeat oſculandam, & dicat:

Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui per beatum Apoſtolum tuum Iacobum dixiſti: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo ſancto, in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: te ſuppliciter exoramus, vt * hic famulus tuus (hæc famula tua) per myſterium noſtræ vnctionis, & donum tuæ pietatis peccatorum ſuorum veniam conſequi, & ad æternam vitam peruenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Hic Sacerdos manus lauet, & linum vel ſtupam duobus extremis digitis dextræ manus circumuoluat, & accepto vaſculo ſancti olei manu ſiniſtra pollicem manus dextræ oleo intingat, & intincto ſic pollice infra ſcriptis corporis infirmi partes proferendo formæ Sacramentalis verba inungat, & vnctione facta ſtatim vnamquanq; partem inunctam ſtupa ſic digitis circumuoluta tergat.

Accipiendo ergo linum vel ſtupam, & digitis obuoluendo, dicat:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, proſit tibi hæc Vnctio olei ſanctificati ad purificationẽ mẽtis & corporis, & omnium abſolutionem culparum, ad munimẽ & defenſionem contra iacula immundorum ſpirituum, cuſtodiatq; Ieſus Chriſtus & perducat te in vitam æternam, Amen.

Deinde dicat:

Pax tecum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.
In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.
Accipe ſanitatem, Amen.

Ad oculos, primo dextrum, deinde ſiniſtrum, vnctionem faciat per modum crucis, proferendo verba formæ:

Per iſtam ✠ Vnctionem & ſuã piiſſimam miſericordiã indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per viſum, Amen.

Ad aures dexteram & ſiniſtram.

Pax tecum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.
In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.
Accipe ſanitatem, Amen.
Per iſtam vnctionem, & ſuam piiſsimam miſericordiã indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per auditum, Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ad nares, ſuper naſi extremitatem.

Pax tecum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Accipe ſanitatem, Amen.

Per iſtam Vnctionem & ſuam pijſſimam miſericordiã indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per ✠ olfactum, Amen.

Ab os, ſub labio inferiori, & conuenit labia eſſe compreſſa.

Pax tecum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Accipe ſanitatem, Amen.

Per iſtam ✠ vnctionẽ & ſuam piiſſimam miſericordiã indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per guſtum & illicitum ſermonem, Amen.

Ad pectus.

Pax tecum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Accipe ſanitatem, Amen.

Vngo pectus tuum de oleo ſancto, in nomine Patris ✠ & Filij & Spiritus ſancti, obſecrans miſericordiam ipſius vnius Dei ac Domini noſtri, vt fugatis omnibus dolori-

bus, vel incommoditatibus vniuerſis, per huius virtutem myſterij, diuinæ miſerationis gratiam te adeptã eſſe gaudeas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Ad manus dextram & ſiniſtram, quas interius inunges niſi ſacerdos ſit, huius enim exteriores partes inungendæ ſunt eò quod vola in cõſecratione ab Epiſcopo inuncta ſit.

Pax tecum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Accipe ſanitatem, Amen.

Per iſtam Vnctionem & ſuam piiſſimam miſericordiã indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per ✠ tactum, Amen.

Ad pedes dextrum & ſiniſtrum, non in planta ſed deſuper inungendo.

Pax tecum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Accipe ſanitatem, Amen.

Per iſtam Vnctionem & ſuam piiſſimam miſericordiã indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per ✠ inceſſum, Amen.

Pax tecum. Reſp. Et cum Spiritu tuo.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſit tibi Vnctio olei ſanctificati ad purifi-

catio-

cationem mentis & corporis, & ad munimen & defenſionem contra iacula immundorum ſpirituum, Amen.

His peractis, ſacerdos manus lauet, & maxime pollicem, quem oleo intinxit, ſale vel micis panis confricet, & ablutio cum ſtupis, vel lino in ignem conijciatur, vel in aquam fluentem. Deinde Sacerdos aſſumpto rurſus vaſculo Sacri olei oret, & infirmo benedicat, dicendo:

Propitietur Dominus cunctis iniquitatibus tuis, & ſanet omnes languores tuos, redimatq; de interitu vitam tuam, & ſatiet in bonis omnibus deſiderium tuum. Qui ſolus in trinitate perfecta viuit & regnat Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Dominus Ieſus Chriſtus apud te ſit ✠ vt te defendat, Amen.

Intra te ſit ✠ vt te reficiat, Amen.

Circa te ſit ✠ vt te conſeruet, Amen.

Ante te ſit ✠ vt te deducat, Amen.

Poſt te ſit ✠ vt te iuſtificet, Amen.

Super te ſit ✠ vt te benedicat, Amen. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

PRIMA BENEDICTIO.

BEne ✠ dicat te Deus Pater, Amen. Sanet te Dei ✠ Filius, Amen. Illuminet te Spiritus ✠ ſanctus, Amen. Animam tuam ſal-

uet, Amen. Corpus tuum cuſtodiat, Amen. Cor tuum irradiet, Amen. Senſum tuum dirigat, Amen. Et ad supernā vitam te perducat, Amen. Ibiq; te ſecum conregnare faciat per æterna ſæcula ſæculorum, Amen.

SECVNDA BENEDICTIO.

Bene✠dicat te Deus Pater, qui in principio cuncta creauit, Amen. Bene✠dicat te Dei filius, qui de ſupernis ſedibus pro nobis ſaluator deſcendit, Amen. Bene✠dicat te Spiritus ſanctus, qui in ſimilitudine columbæ in flumine Iordanis requieuit in Chriſto, Amē. Ipſe te in Trinitate ſanctificet, quem omnes gentes venturum exſpectāt ad iudicium. Qui cum eodem Patre in vnitate Spiritus ſancti viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

TERTIA BENEDICTIO.

BEne✠dicat te Deus Pater omnipotens, Amen.

Cuſtodiat ✠ te Ieſus Chriſtus, Amen.

Illuminet ✠ te Spiritus ſanctus omnibus diebus vitæ tuæ, Amen.

Confirmet te virtus Chriſti, Amen.

Indulgeat tibi Dominus Ieſus Chriſtus vniuerſa delicta tua, per æterna ſæcula ſæculorum, Amen.

Bene-

Bene✠dictio Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti deſcēdat ſuper te & maneat ſemper.

Tunc crucem infirmo (infirmæ) porrigat oſculandam, deinde illam in loco aliquo eminentiore collocet, vt ab ægroto facile conſpici queat. Et poſtquam illum (illam) & aſtantes aqua benedicta aſperſerit, amice valedicendo, & abiens, dicat:

Allerliebſter in Chriſto/ ich ermahne dich abermals/ daß du dein Hertz vnd Gemůth nu forthin von allen zeitlichen Sorgen vnd Begierden/ durch die beyſtehende gnad Gottes wolleſt abwenden/ vnd zu gewiſſer Hoffnung der ewigen Seligkeit auffrichten. Daß du fortmehr die ſchreckunng deiner Sůnden/ vnd des Feinds von der Hellen nicht fŏrchteſt/ ſonder auß gantzem Hertzen vnd Vertrauwen dich auff die Barmhertzigkeit vnſers lieben HErrn JEſu Chriſti verlaſſeſt/ der vnſer Gebrechligkeit wol weiß vnd erkendt/ der auch vnſere Sůnde/ vor welche er den bittern Todt gelitten/ hingenommen/ vnd vns ſeinem Him̃liſchen Vatter widerůmb verſŏhnet/ vnd den Teuffel von der Hellen/ daß derſelbe vber vns Chriſtglåubigen keine Macht noch Gewald haben kan/ vberwunden hat. Darumb N. mein allerliebſter Bruder (allerliebſte Schweſter) ſolt du wol gehertzt/ gemuhtet vnd getroſt ſeyn/ vnd veſtiglich glauben/ daß GOtt dich nimmer verlaſſen/ ſonder dir gnediglich beyſtehen/ dich ſchůtzen vnd beſchirmen wil fůr aller Liſt

vnd böſen Anfechtungen des Teuffels / vnd dich forthin behüten biß zu einem ſeligen Ende dieſes vergenglichen Lebens / vnd führen darnach in ſein ewiges Leben / Amen.

Interim non deſinat ſæpius infirmum viſitare, donec Deo animam reddiderit. Et frequenter populum admoneat maximam curam haberi oportere ægrotantium, præſertim eorum qui morti vicini ſunt, quibus vetet vllam fieri mentionim vxoris, liberorum, domeſticorum, & omniũ rerum humanarum, niſi forte id ſaluti infirmorum conducere videretur. Cõſulat autem vt infirmis adhibeantur perſonæ deuotæ, quæ in anguſtijs mortis poſitos orationibus, vel ſuaui exhortatione, vel certa lectione pſalmorum ad hoc accommodatorum, vel paſsionis Dominicæ, vel vitæ alicuius ſancti lectione vel recitatione conſolentur & adiumento ſint.

Denique ſerio Sacerdos notet tempore peſtilentiæ, vel alias occurrẽte graui neceſsitate, poſſe preces præmiſſas vel in toto vel in parte intermitti, & ſtatim in ingreſſu domus benedictione data poſſe ad vnctiones & ipſam Sacramenti formam procedi, quibus peractis poterit, data infirmo benedictione & breui aliqua & ſalutari admonitione, domo abcedere, & ad Eccleſiam redire.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE SACRAMENTO ORDINIS.

TOtum huius Sacramenti miniſterium Epiſcopis demandatum eſt, non tamen proinde à paſtoribus ignorari debet, vt volentes ſuſcipere rectius inſtituere poſsint. Sunt autem ſeptem Ordines: Minores, Oſtiariorum, Lectorum, Exorciſtarũ, Acolutorum: Maiores, Subdiaconorum, Diaconorum, Presbyterorum. Hos tonſura præcedit, quæ ius & priuilegium Clericatus tribuit. Ordo Presbyterorum gradibus dignitatum diſtinguitur: Nam alij ſunt minores ſacerdotes, qui presbyteri dicuntur. Alij maiores qui ſunt & vocantur Epiſcopi. Hi quoq; dignitatis & præeminentiæ gradibus diſtinguuntur: Alij namq; Patriarchæ, alij Primates, alij Archiepiſcopi, alij Epiſcopi ſunt. Sacramentum Ordinis pro materia habet varia inſtrumenta, quæ pro ſingulorum ordinum ratione ab Epiſcopo ordinandis traduntur. Forma etiam pro graduum varietate in ſingulis ordinibus diuerſa eſt, vt in Pontificali apparet. Effectus Sacramenti Ordinis, eſt poteſtas quædam pro ſingulorum varietate & ratione ex Dei dono tradita ordinato, & virtus, qua rata & efficacia ſunt, quæcunq; ritè ordinati in miniſterio Eccleſiæ ſecundum Chriſti & Eccleſiæ inſtitutionem gerunt.

In ordine neceſſaria eſt gratia ad publicum miniſterium Eccleſiæ & ad totius populi ſalutem, quare etiam illis tantum diebus fiunt ordinationes, quando indicta ſunt ſolemnia ieiunia, vt videlicet populus orando & ieiunando idoneos Eccleſiæ miniſtros & ſanctos ſacerdotes à Deo impetret, ad quod etiam Paſtor ſuos in concionibus recurrentibus ſingulis quatuor temporibus hortari debebit.

DE ORDINANDORVM QVALITATE ET IMPEDImentis ac vitijs animi

ORdinandi, atq; in tam alto loco collocandi, debent omnibus bonis animi & corporis eſſe præditi, qui cuiuſmodi ſint, in contrarijs vitiis, quibus carere debent, potiſsimum intelliguntur.

I.

Suſcipere enim quemcunq; ordinem in peccato mortali, item in aliquo ordine miniſtrare tanquam ex profeſſo & ex officio, & præcipuè in ordine ſacerdotali cum conſcientia peccati mortalis, ſacrilegium eſt & grauiſsimum peccatum.

II.

Enormia autem crimina, vt homicidium voluntarium, Simonia in ordine vel beneficio, & hæreſis etiam poſt confeſsionem & pœnitentiam, prohibent ab ordinibus etiam ſi ſint occulta.

III.

Alia autẽ, grauia quidem ſed his minora, vt adulterium, furtum, ſacrilegium, periurium, fraus, dolus, inceſtus, ſi ſint manifeſta impediunt, etiam poſt pœnitentiam: ſi vero ſint occulta, poſt pœnitentiam non impediunt.

IIII

Repellendi ſunt etiam, qui propenſi ſunt & proni propter conſuetudinem & inclinationem peruerſam ad grauia peccata, vt (ſecundum Apoſtolum) cupidi, auari, elati, ſuperbi, vinolenti, percuſſores, iracundi, litigioſi, immodeſti, ebrioſi, commeſſatores, incontinentes, impudici.

V.

Item impediunt ſtultitia & ignorantia eorum, quæ ad talem ordinem qui ſuſcipitur, ſunt neceſſaria.

QVAE SCIENTIA SIT NECESSARIA.

I.

AD primam Tonſuram requiritur, vt ſuſcepto Sacramento Confirmationis ſciant legere, ſcribere, & rudimenta fidei Catholicæ.

II.

Ad quatuor minores ordines, vt intelligant linguã latinam, & bonum teſtimonium à Paſtore & Magiſtro ſcholæ, in qua ſtudent, habeant. Subdiaconi & diaconi debent eſſe inſtructi ijs, quæ ad illos ordines exercendos ſpectant.

III.

III.

Sacerdotes, qui ſolum ad celebrandum ordinantur, non ad docendum populum vel ad Sacramenta adminiſtranda, ſciant, quæ ad Sacramentum Euchariſtiæ & altaris ſacrificium ſunt neceſſaria, quæ materia, quæ forma, quis effectus & virtus ſacramenti & ſacrificij huius, quæ præparatio ad illud celebrandum requiratur. Norint etiam diuinum ſiue eccleſiaſticum officium, quod eſt poſitum in horis canonicis legendis vel cantandis.

IIII.

Qui officium paræciale curam habens animarum exercere vult, tenetur ſcire, primò quæ ad integritatem & vſum & diſpenſationem Sacramentorum quæ adminiſtrat, pertinent: ſecundò, diſcernere inter peccata mortalia & venialia, leuiora & grauiora: tertiò, mederi infirmitatibus animarum: quartò, doctrinam fidei & morum communem & neceſſariam populo. In difficilioribus Epiſcopum & doctiores conſulere debet.

V.

Ad animi vitia pertinet quoque infamia, item infidelitas. Quare apoſtatæ, hæretici & eorum fautores, etiamſi iam ab errore reſipuerint; ordinariè à iure prohibentur.

IMPEDIMENTA EX VITIIS CORPORIS.

I.

Omne vitium corporis, ſiue ex mutilatione, ſiue ex debilitate impediens ne celebrare poſſit, ſaltem ſine horrore, difformitate, vel ſcandalo, ſiue ex culpa contractum, ſiue ſine culpa, impedit ordinationem.

II.

Vitium membri etiam occulti euitabilis tamen ex culpa contractum, vt ſi quis ex impatientia, vel dans operam rei illicitæ membrum notabile amputarit, vel, etiam zelo caſtitatis Originem imitatus ſeipſum caſtrauerit, parteſuè genitales præciderit, ordinari prohibetur.

VIII.

Epileptici, hoc eſt, qui laborăt morbo comitiali: Arreptitij, hoc eſt, qui in terram à dæmonibus arrepti eliduntur; Lunatici, Energumeni ſiue dæmoniaci, furioſi, & leproſi ab ordinibus repelluntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IIII.

Huc etiam pertinent illegitimi, hoc eſt, qui non ſunt nati de legitimo matrimonio, vel quod legitimum reputabatur, cum his tamen, vt ad minores ordines promoueri poſsint, vel ſimplex beneficium obtinere, Epiſcopus diſpenſare poteſt: ad ſacros verò ordines & ad beneficia, quibus dignitas vel cura animarum annexa eſt, ſolus Papa diſpenſat.

V.

Profeſsio autem religionis ad omnes ordines diſpenſat, non tamen ad prælaturam.

DEFECTVS AETATIS.

VT natalium, ſic etiam ætatis defectus impedit ordinationem. Aetas autem ad Subdiaconatum neceſſaria, eſt annus vigeſimus ſecundus inchoatus; ad Diaconatum vigeſimus tertius; ad Presbyteratum, vigeſimus quintus, tam in religioſis, quam ſecularibus. Et qui ante hanc ætatem ordines ſuſciperent, non poſſunt ad legitimam ætatem in iiſdem miniſtrare, alioquin fierent irregulares, & toties peccarent mortaliter, quoties id facerent, nec in hac re poteſt Epiſcopus diſpenſare.

BIGAMIA.

I.

ALiud impedimentum eſt ex bigamia propter defectum ſacramenti. Sunt autem Bigami, qui ſucceſsiue duas vxores legitimas habuerunt, vnam poſt alteram.

II.

Qui duas ſimul illegitimè pro vxoribus habuerunt, vel vnam legitimè & alteram illegitimè.

III.

Qui mortua prima vxore ſecundam de facto licet illegitimè & nulliter duxerunt ac vxoris loco habuerunt.

III.

Qui poſt ſolenne caſtitatis votũ, matrimonium illegitimè contraxerunt more apoſtatarũ, nam legitimè non poſſunt.

V.

Qui duxerunt vnicam quidem vxorem, ſed viduam vel corruptam.

In nulla bigamia Epiſcopus (niſi id faciat ratione peculiaris indulti) diſpenſare poteſt, niſi in ordinibus minoribus, vel etiam in maioribus cum Religioſis, ad vitandos vagos diſcurſus, vel in bigamia occulta.

IMPEDIMENTVM EX HOMICIDIO VOLVNTARIO, vel ex cauſa ſanguinis vſque ad mortem, vel ex mutilatione.

I.

OMnis occidens vel mutilans (dummodo mentis ac rationis fuerit compos) vel ſe, vel alium per induſtriam & voluntariè etiam ſine peccato, eſt irregularis & prohibetur ab ordinibus, excepta ineuitabili neceſsitate defendendæ propriæ perſonæ.

II.

Neque ſolum talis repellitur ab ordinibus ſed etiam iam ordinatus, non poteſt miniſtrare in ordine ſuſcepto idq; ſiue accidat cum peccato, ſiue ſine peccato, ſiue per ſe, ſiue per alium, mandando, conſulendo, cooperando, hortando, animando, auxilium ferendo, vt iudex etiam iuſtè procedens in cauſa mortis vel mutilationis, accuſator, teſtis, notarius, ſententiam vel teſtimonium ſcribens, pronuncians, dictans, aduocatus cortra reum ſi effectus mortis vel mutilationis ſequatur.

III.

Nam ſi mors vel truncatio membrorum non ſequatur, propter ſolam voluntatem, tametſi peccet, tamen poſt pœnitentiam & confeſsionem non prohibetur ordinari.

IIII.

Hinc etiam manifeſtum eſt, quod miniſtri officiati portantes ſcalas, funes, vel aliud occidendi, vel truncandi inſtrumentum: Item qui aliquid dicunt vel faciunt, vt alioqui moriturus, citius moriatur; velut ſi quis carnifici dicat vt gladium acuat, ne ſæpiús feriat, etiam irregulares fiunt.

V.

Quod de mutilatione dictum intelligitur de mutilatione, qua truncatur aliquod membrum principale excepta cauſa infirmitatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VI.

Ex homicidio quoque & mutilatione fortuita & caſuali oritur impedimentum ordinum, ſi vel rei illicitæ operam dederit, vel rei licitæ operam dans diligentiam quam debebat non adhibuerit.

VII.

Hinc ſequitur, quod quia Clericis etiã in minorib' ordinibus exiſtentib' & Religioſis prohibetur bellũ, ars chirurgica, ideo ſi pugnant, mutilant, &c. vel animant, arma dant, vel exercent artem Chirurgicam, quæ aduſtione vel inciſione vtitur, etiam ſi pietatis cauſa fiat, ſi ſequatur mors aut mutilatio præſcriptam artem exercendo aut bellando, quantamcunq; diligentiam adhibuerint, quia dederunt operam rei prohibitæ, nec in ordinibus adeptis miniſtrare debent, nec ad altiores promoueri.

VIII.

Idem prorſus dicendum de medicis imperitis, aut ſi quidem docti fuerint ſed negligentes.

In homicidio voluntario etiam occulto, nullus Epiſcopus diſpenſare poteſt, ſicut etiam nec in cauſa ſanguinis vſq; ad mortem, nec in mutilatione, maximè in re manifeſta.

IMPEDIMENTA PROPTER EXCOMMVNICATIONEM & alias cenſuras Eccleſiaſticas.

Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum impediunt ordinationem. Itaque ſi quis ſuſcipiat ordines in excommunicatione maiori, ſuſpenſione vel interdicto; vel ab Epiſcopo excommunicato, hæretico, ſimoniaco, ſuſpẽſo, interdicto; recipit quidem ordines, ſed non poteſt exſequi vel miniſtrare ſine diſpenſatione Papæ.

Et quiſquis celebrat vel actum ordinis exercet in excommunicatione maiori, ſuſpenſione vel interdicto: Item qui exercet ſolemniter actum ordinis ſacri, quem non habet, efficitur irregularis, nec ſuſcipere poteſt ordines, nec in ſuſceptis niſi Papa diſpenſante miniſtrare poteſt.

EXAMEN

EXAMEN ORDINANDORVM.

I.

AD maiores ordines ſumendi cum literis teſtimonialibus Paſtoris ſui, continentibus inquiſitionem factam, accedere debent ad Epiſcopum, qui ordinationis tempore per ſuos ad hoc deputatos & approbatos examinatores, genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam & fidem diligenter inueſtigabit & examinabit.

II.

Diebus Mercurij Subdiaconandi, Iouis Diaconandi, Preſbyterandi examinentur feria ſexta ante ordinationis diem.

Et demum eadem feria ſexta Subdiaconandi minores ordines ante meridiem in templo per Suffraganeum eis deſignando ſuſcipiant, & ijdem cum alijs ordinandis omnibus à meridie ad ædes domini Officialis compareant. Eidem domino Officiali in pręſentia Vicarij generalis, notariorum vtriuſq; Sigilli & aliis ad hoc per Epiſcopum deputatis officiatis competentem de legitima ætate corporis integritate legitima natiuitate, de titulo ſecundum canones neceſſarijs, ac de ſufficiente eruditione, quam per exhibitionem ſchedulæ teſtimonialis quam ab examinatoribus impetrarint comprobabunt fidem facturi.

HABITVS ORDINANDORVM ET BENEFICIATORVM, ET HORARVM CANONICARVM OBLIGATIO.

I.

NEmo, niſi prima tonſura initiatus, nec ante decimum quartum annum, beneficium vllum obtinere poteſt.

II.

Oportet omnes, qui in ſacris fuerint, aut eccleſiaſtica beneficia qualiacunq; obtinuerint, honeſtum habitum clericalem deferre.

III.

Qui ex eccleſiaſtico beneficio fructus percipiunt, aut percipere poſſunt: item qui ſunt in ſacro aliquo ordine; ad horas canonicas recitãdas quotidie ſub peccato mortali & fructuũ perceptorum reſtitutionis obligatione tenentur.

VERBA CONCILII LATERANENSIS CANONE NONO.

Seſs. 9. c. Statuim' vide bullã Pij 5.

STatuimus & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium nõ dixerit, legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat, pro rata omiſsionis officij vel temporis, ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in Eccleſiæ fabricas huiuſmodi beneficiorum vel pauperum eleemoſynas erogare teneantur. Si verò vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente, beneficio ipſo priuetur, cum propter officium detur beneficium.

TITVLVS ORDINATIONIS.

I.

QVia indecens eſt miniſtros Eccleſię mendicare, nemo ordinandus eſt, qui non habeat beneficium verè vel penſionem, vel patrimonium quod ſufficiat ad vitam ſuſtentandam, quæ etiam alienari, dimitti aut reſignari non debent ſine licentia Epiſcopi, donec aliunde habeant vnde viuere poſsint.

II.

Nemo ad menſam alicuius ſecularis domini aut eccleſiaſtici Prælati ſibi addictam, etiam præſtita cautione de non grauando ordinantem, ordinari debet.

III.

Nec quiſquam ordinetur titulo beneficij fictitij, aut accommodato, accepto cum obligatione de reſtituendo poſt ordinem acceptum.

DE SIMONIA ET EIVS POENIS.

I.

PRima Simoniaci pœna, eſt ſuſpenſio ab exſecutione ordinum & beneficiorum adminiſtratione, & ab ordine ſuſcipiendo.

II.

Depoſitio & infamia, & hæc debent imponi, ſi in iudicio de Simonia conſtiterit.

III.

Excommunicatio papalis per extrauag. Martini in Concilio Conſtant. quæ incipit, Sacro. Et in extrauag. eiuſdem, quæ incipit, Damnabilis. Per quas decernitur ſuper omnes electiones, poſtulationes, Confirmationes, & quaſuis prouiſiones eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, perſonatuũ, officiorum, & beneficiorum ipſo iure eſſe nullas, dantemq; & accipientem ſententiam excommunicationis incurrere, & abſolutio per dictum Martinum & alios plures Pontifices, velut Paulum ſecundum & Sixtum quartum, idq; ſiue ſint occulti ſimoniaci, ſiue manifeſti in ordine aut beneficio, ſummo Pontifici reſeruatur.

IIII.

Reſtitutio fructuum perceptorum pendente excommunicatione.

V.

Accipiens etiam quicquam pro ordinibus & beneficijs, iiſdem pœnis ſubiicitur, atq; cum Giezi maledictionis lepra inficitur tam diu, donec acceptum reſtituerit Eccleſiæ: (non enim meretur recipere, qui turpiter dedit) in cuius contumeliam datum fuit, atq; deinde à Pontifice Chriſti Domini noſtri ſummo vicario reconciliatus Deo & Eccleſiæ, & ad beneficia atque officia denuo rehabilitatus fuerit.

COMPENDIOSA DE MATRIMONIO INSTRVCTIO.

QVID SIT MATRIMONIVM.

MAtrimonium eſt Sacramentum, in quo eſt legitima viri & fæminæ coniunctio ad conſuetudinem vitæ indiuiduam diuinitus inſtituta.

MATERIA.

MAteriæ loco ſunt vir & fæmina, qui matrimonium contrahunt, ſicut in reliquis contractibus materiam dicimus, de quo fit contractus, vt cum domus emitur, emptionis materia eſt domus: ita quia in contractu matrimonij vir & fæmina tradunt inter ſe mutuam corporum poteſtatem, ipſi contrahentes & ſacramentum matrimonij contrahunt & materia ſunt ſacramenti.

FORMA.

FOrma conſiſtit in verbis vel alijs ſignis, quæ ſignificant & declarant conſenſum mutuum & præſentem. Nam verba & ſigna, quæ declarant tempus futurum ad ſponſalia, in quibus ſpondetur & promittitur matrimonium, pertinét, non autem efficiunt præſentis matrimonij contractum.

DE CLANDESTINO MATRIMONII CONTRACTV ABROGATO.

I.

COnſenſus mutuus vérbis præſentis temporis vel aliis ſignis expreſsis, vt habeat vim inter perſonas alioqui legitimas cotrahendi matrimonii, neceſſe eſt vt declaretur præſente Paſtore vel alio ſacerdote de ipſius paſtoris vel Epiſcopi ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus. Nam

omnis alius contractus quantumuis libero vtriuſq; viri & fœminæ conſenſu, etiam per verba(vt vocant) de præſenti initus, cui vel ſacerdos ſine dicto teſtium numero, vel dictus teſtium numerus ſine Paſtore vel alio ſacerdote (vt dictum eſt) præſens non fuerit, irritus eſt & nullam matrimonij vim habet, atq; ſic iudicandum eſſe ab omnibus Eccleſia mandat. Concil. Triden. Seſſ. 24. capit. 1. de reformat. matrimon.

Paſtor coniugum nomina & teſtium, diemq; & locum contracti matrimonij in libro, quem diligenter cuſtodiat, deſcribat. II.

Coniuges ante benedictionem Sacerdotalem in templo, & non alibi ſuſcipiendam, in eadem domo non habitent. III.

Eccleſia ſtatuit benedictionem à proprio ſacerdote ſuſcipi debere, neq; à quoquam niſi ab ipſo Paſtore vel ab Epiſcopo licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alio ſacerdoti concedi poſſe, quacunq; conſuetudine aut Priuilegio non obſtante.

EFFECTVS ET FRVCTVS HVIVS SACRAMENTI SPIRITVALES.

Significat coniunctionem Chriſti cum Eccleſia & ex vi & virtute illius ſignificationis confert quoque gratiam coniugibus ſanctè & cum timore Dei matrimonium contrahẽtibus, ad dignè & ſanctè matrimonio vtendum, ne videlicet libidini frena laxentur, ad fidem perpetuo & mutuo ſeruandam, caſtitatemq; coniugalem, ad mutuam dilectionem, ad prolem Chriſto educandam, ad tribulationem carnis(vt loquitur Apoſtolus) hoc eſt, multa matrimonij onera leuius & facilius ferenda, ad perpetuam coniugalis vinculi indiſſolubilitatem retinendã, deniq; ad vas ſuum debite in honore 1. Cor. 7. 1. Theſ. 4
& ſanctificatione, non in paſsione deſiderij poſsidendum, vt ſit honorabile coniugium & thorus immaculatus. Nam vt ait angelus Rapdael apud Tobiam: Super eos, qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deũ à ſe & ſua mente excludant; & ſuæ Heb. 13. Tob. 6.
libidini ita vacent ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, dæmonium habet poteſtatem.

MATRIMONIVM, VINCVLVM EST CHRISTIANIS INDISSOLVBILE.

I.

PRopter Dei inſtitutionem: nam quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, Matth. 19.

II.

Propter Sacramenti rationem, hoc eſt, propter ſignificationem coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, quæ perpetua eſt. Sic ergo matrimonium conſummatum, quo perfectè ſignificatur coniunctio Chriſti cum humana natura & cum Eccleſia, nullo modo ſoluitur.

III.

Matrimonium non conſummatum per alterius profeſſionem in religione ſoluitur, vt in ſeculo remanens libere cum alio contrahere poſsit.

COHABITATIO ET DOMESTICA CONVERSATIO, THORIQVE CONSVETVDO REMANENTE CONIVGALI vinculo ſeparari poteſt & diuortium fieri.

ET licet quo ad vinculum coniuges nullam ob cauſam ſeparari queant (vt dictum eſt) tamē propter adulterium ſiue fornicationem alterius, vt ait Dominus in Euangelio, ſeparari poſſunt quoad thorū & domeſticam cohabitationem. Verum ſeparatio hæc non niſi publico Eccleſiæ iudicio fieri debet, ideò in occulto adulterio, quod probari non poteſt, locum non habet. Moneantur autem ſæpius & diligenter coniuges, illos ſpontè & abſq; cauſa & fine authoritate Eccleſiæ ſeparatos non poſſe diu viuere ſine conſcientia mortalis peccati, quacunq; tandem cauſa & prætextu id faciant & niſi maturè velint reconciliari, aut ſaltem ſuæ ſeparationis cauſas ab Eccleſia cognoſci & iudicari ſollicitent & patiantur, denegetur illis ſacra communio.

QVIS POTEST MATRIMONIVM CONTRAHERE.

I.

QVilibet, qui iuſtę ætatis eſt, & ſanus ingenio & intellectu, hoc eſt, qui conſentire poteſt in couiugalem affectum, & officium matrimoniale exercere, & qui lege prohibitus non eſt.

II.

Aetas legitima in maſculo eſt quatuordecim annorum expletorum, in fæmina duodecim, ita vt ſi contrahant ante, non ſit iudicandum matrimonium, ſed ſponſalia, iuris interpretatione, niſi eſſent proximi pubertati, & malitia ſuppleret ætatem.

III.

Sanitas ingenij requiritur, vnde furioſus niſi habeat lucida interualla contrahere non poteſt, quia nec conſentire. Qui autem lege impediantur, in ſequentibus patebit.

QVOT ET QVAE SINT IMPEDIMENTA.

IMpedimenta ſunt duplicia. Quædam enim impediunt & dirimunt, ſiue irritum reddunt matrimonium, ita vt nullum ſit: alia impediunt, ita vt ſine peccato contrahi non poſsit, ſi tamen contrahatur valet & non dirimitur.

IMPEDIMENTA QVAE DIRIMVNT, HIS VERSIBVS COMPREHENDVNTVR.

ERror, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis.
Hæc ſocianda vetant connubia, facta retractant.

DE IMPEDIMENTO ERRORIS.

ERror eſt duplex: Perſonæ & Qualitatis. Perſonæ, vt exiſtimans ſe contrahere cum filia, & contrahit cum matre.

Hic error facit, vt ſic contractum matrimonium ſit nullum, quia hic deeſt conſenſus, nam qui errat, non conſentit.

Error qualitatis, vt ſi de paupere credatur quod ſit diues, aut de ignobili quod nobilis ſit, vel de corrupta quod ſit virgo, aut de mala quod bona ſit, & huiuſmodi error non impedit matrimonium.

DE IMPEDIMENTO CONDITIONIS.

Conditio refertur ad ſeruitutem & libertatem. Error ergo huius conditionis impedit & dirimit matrimonium.

DE VOTI IMPEDIMENTO.

Intelligitur de voto continentiæ ſiue caſtitatis ſolemnis: Votum autem ſolemne fit per ſuſceptionem ordinis ſacri, vt Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, vel profeſsionem factam in aliqua religione approbata.

DE COGNATIONE.

Cognatio eſt triplex, Carnalis, Spiritualis, & Legalis,

DE CARNALI COGNATIONE, QVAE DICITVR CONSANGVINITAS.

I.

Tres ſunt lineæ in gradibus conſanguinitatis. Prima deſcendentium, vt pater, filius, nepos, pronepos, &c.

II.

Secunda aſcendentium, vt filius, pater, auus, proauus. In his duabus lineis impedimentum eſt perpetuum, quia ſi viuerent, ſemper illa reuerentia remaneret.

III.

Tertia linea dicitur tranſuerſalis ſiue collateralis, quæ inde oritur, quod plures propagentur ab vno. Quare computari debent gradus per comparationem ad vnum commune principium, ſiue ſtipitem, à quo ducunt originem. In hac linea tranſuerſali matrimonia prohibentur vſque ad quartum gradum incluſiuè, pro cuius notitia ſequentes regulæ notabuntur.

IIII.

Quarto gradu perſonæ diſtant à communi ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe, vt duo fratres ſunt in primo gradu, quia à patre, qui eſt commune principium ſiue ſtipes, diſtant vno tantum gradu.

Quando duæ perſonæ inæqualiter diſtant à communi ſtipite, quoto gradu diſtat remotior à ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe. Vt patruus diſtat à filio fratris ſecundo gradu, quia licet patruus diſtet ab auo communi ſtipite tantum vno gradu, filius tamen fratris diſtat duobus gradibus.

In linea quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus vna dempta, quia vna perſona ſola non facit gradum propinquitatis: nullus enim ſibi propinquus eſt, ſed alteri. Ad tranſcundum ergo gradus prohibitos ſex perſonæ requiruntur, quæ quintum gradum conſtituunt, in quo licet contrahere.

†

GRADVS CONSANGVINITATIS ſiue cognationis carnalis



AFFINI-

AFFINITATIS GRADVS.

LINEA COGNATIONIS SPIRITVALIS iuxta Conſilium Tridentinum.

Linea:
- 1. Paternitas inter:
  - Baptizatum vel baptizatam, & leuantes.
  - Baptizantes aut confirmantes.
- 2. Cópaternitas inter:
  - Leuantes &
  - Parentes leuati

DE SPIRITVALI COGNATIONE.

I.

SPiritualis cognatio contrahitur in ſacramento Baptiſmi & Confirmationis, in quo ſunt duæ lineę matrimonium impedimentis & dirimentis.

II.

Prima vocatur paternitas, inter illum qui baptizat ſiue ſuſcipit, & illum qui baptizatur vel ſuſcipitur: vterq; enim dicitur ſpiritualis pater, & eadem eſt ratio inter confirmantem & confirmatum.

III.

Secunda vocatur compaternitas quaſi communis paternitas, qua vterq; parens eſt vnus ſpiritualis, alter carnalis, & hæc eſt inter ſuſcipientem ſiue baptizantem, & inter parentes baptizati ſiue ſuſcepti, inter quos prohibetur matrimonium.

IIII.

Tertia linea quę vocabatur confraternitas, & erat inter ſuſceptum & filios ſuſceptoris, à qua dicebantur fratres & ſorores ſpirituales, ſublata eſt per Concil. Triden. Et hoc impedimentum ſicut & alia intelligendum eſt, ſi præcedat matrrmonium contrahendum. Nam verum matrimonium nullo ſequente vel ſuperueniente impedimento dirimi aut ſeparari poteſt.

V.

Quando quis baptizatur in domo propter neceſsitatem, contrahitur cognatio ſpiritualis, non autem poſtea quando portatur ad Eccleſiā, & omiſſæ ſolemnitates & cæremoniæ adhibentur.

VI.

In Concil. Trident. vt vitentur iſta impedimenta ſtatutum eſt, vt vnus tantum, ſiue vir ſiue mulier, vel ad ſummū vnus & vna baptizatum ſuſcipiant, vt ſupra in inſtructione de baptiſmo dictum eſt.

In eodem Concil. Trident. conſtituitur, vt ſi quis in gradibus prohibitis ſcienter matrimonium contrahere præ-

ſumpſe-

ſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat, idq; magis ſi matrimonium non tantum contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit. Quod ſi ignoranter id fecerit, ſiquidem ſolemnitates requiſitas & ſuperpoſitas in contrahendo neglexerit, iiſdem ſubijciatur pœnis. Si verò ſolemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuerit, tunc facilius cum eo & quidem gratis diſpenſari poterit.

COGNATIO LEGALIS, QVAE EX ADoptione naſcitur, prætermittenda eſt.

DE IMPEDIMENTO CRIMINIS.

CRimen, quod matrimonium contrahendum impedit & contractum dirimit, duplex eſt, adulterij & homicidij, non cuiuſcunq:, ſed in quatuor ſequentibus caſibus.

I.

Quando alter coiugum procurat alterum occidere per tertiam perſonam, tunc alter coniugum remanens non poteſt cũ illa perſona contrahere matrimonium in perpetuũ.

II.

Ex homicidio coniuncto adulterio.

III.

Ex adulterio cui adiungitur fides de contrahendo matrimonio poſt mortem alterius.

IIII.

Si non ſolum fides de contrahendo matrimonio detur adultero, ſed etiam de facto contrahatur cum adultero matrimonium.

DE DISPARITATE CVLTVS.

DIſparitas cultus ſiue religionis intelligitur inter baptizatum & non baptizatum, inter quos non poteſt eſſe matrimonium, cum ſine baptiſmo nullum recipi poſsit Sacramentum. Quando verõ vterq; eſt badtizatus, eitamſi ſint hæretici, apoſtatæ, excommunicati non dirimitur matrimonium contractũ, licet grauiter peccent contrahendo.

DE VI, ET VIOLENTIA.

I.

VIs, ſiue violentia impedit & dirimit matrimonium, ſiue ſit abſoluta vt coactio, ſiue per metum cadentem in virum conſtantē, qui eſt quadruplex, vt ſignificatur hoc verſu

Stupri ſiue ſtat⁹ (id eſt ſeruitutis) verberis atq; necis

Talis enim vis tollit conſenſum liberum, ſine quo non poteſt eſſe matrimonium, quod Eccleſia prorſus vult eſſe liberum. Si quis ergo conſentiat timore ſtupri, mortis intentatæ, vel verberum, vinculorum vel carceris, nullum eſt matrimonium, niſi poſtea tacitè conſentiat & ratum habeat, alioquin non eſt ratum, etiamſi confirmaſſet iuramento, vel permiſiſſet ſe cognoſci carnaliter, ſi de nouo non conſentiat, vt eſt dictum.

II.

Propter matrimoniorum libertatem eſt quoque à Concil. Trident. Statutum, ne inter raptorem & raptam poſsit conſiſtere matrimonium, quamdiu ipſa manſerit in poteſtate raptoris.

III.

Quod ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor & omnes illi conſilium, auxilium & fauorem præbentes, ſunt ipſo iure excommunicati & perpetuo infames, omniumq; dignitatum incapaces, & ſi clerici fuerint, de proprio gradu decidunt.

IIII.

Tenetur etiam raptor mulierem raptam, ſiue in vxorem duxerit, ſiue non, decenter arbitrio iudicis dotare.

DE ORDINE.

INtellige de ordine ſacro. Promoti enim ad maiores ordines ſacros, propter votum ſolemne continentiæ annexum non poſſunt contrahere, & ſi contrahunt non tenet.

DE LIGAMINE.

LIgamen eſt, quando quis, vel quæ eſt ligatus vel alligata alteri vinculo matrimoniali.

Dubitans de morte coniugis, non ſatis eſt ſi per quinquennium exſpectet, ſed exſpectare debet certitudinē mortis eius. Et certum dicitur, quod per violentas præſumptiones habetur, vt quia in acie fuit, & aliis redeuntibus ipſe non rediјt, vel quia per amicorum literas conſtat.

DE PVBLICA HONESTATE.

In Concilio Trident. declaratum eſt hoc impedimentum, vbi Sponſalia quacunq; ratione valida non fuerint abrogatum eſſe & penitus ſublatum. Vbi autem valida fuerint primum gradum non excedere, quod in vlterioribus gradibus non poſsit abſq; diſpendio obſeruari.

DE AFFINITATE.

Affinitas eſt propinquitas perſonarum, omni carens parentela, proueniens ex carnali copula etiam fornicaria. I.

Omnes conſanguinei vxoris efficiuntur affines marito, & omnes conſanguinei mariti fiunt affines vxori in eo gradu, quo erant conſanguinitati iuncti, & frater vxoris eſt in primo gradu affinitatis marito. II. Affinitas impedire ſolet & dirimere matrimonium vſque ad quartum gradum. III. Sed Concil. Trident. impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, ad eos tantum reſtringit, qui primo & ſecundo gradu coniunguntur.

Si affinitas præcedat matrimonium impedit & dirimit, IIII. non autem ſi ſequatur.

DE IMPOTENTIA COEVNDI.

Haec quia aduerſatur naturæ matrimonij, in quo traditur mutua corporum poteſtas ad procreationē & fornicationis euitationem, ſi præcedat & eſt perpetua, ſiue ſit naturalis, ſiue accidentalis, nempe per maleficium vel caſtrationem, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, non autem ſi ſequatur.

DE IMPEDIMENTIS QVAE IMPEDIVNT, NE SINE PECCATO CONTRAHI POSSIT: NON TAMEN contractum dirimunt.

Interdictum Eccleſiæ, vt quando aliquis prohibetur ab Epiſcopo vel paſtore contrahere matrimonium propter I.

aliquam cauſam probabilem; vt quia dicitur fortaſſe conſanguinea vel alteri deſponſata, & donec certò conſtet an ſit aliquod obſtaculum: tunc enim ſi contrahat, peccat mortaliter propter inobedientiam, matrimonium tamen, niſi ſit aliud impedimentum, ſubſiſtit.

II. Propter hanc cauſam fiunt proclamationes & adhibentur aliæ ſolemnitates.

III. Tempus feriarum, quo prohibetur traductio Sponſæ & nuptiarum ſolemnitas, non autem ſponſalia aut contractus matrimonij, quod ſolo conſenſu fit. Nunc in Conc. Trid. reſtringitur hoc pacto, ab aduentu Domini vſq; ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vſq; ad octauam Paſchæ incluſiuè, in alijs verò temporibus nuptiæ celebrari ſolenniter permittuntur.

IIII. Votum ſimplex caſtitatis. Contrahens enim matrimonium & violans fidem Deo datam peccat mortaliter, nec petere debitum, ſed reddere petenti poteſt: & ſi moriatur vxor aliam recipere non debet, vt vel tunc ſoluat quod Deo promiſit: tutius tamen eſt in prædictis petere diſpenſationem propter periculum.

V. Sponſalia: qui enim alteri promiſit fidem, peccat frangendo & contrahendo cum altera, niſi in caſu in quo ſponſalia ſine peccato ſoluuntur.

Seſſ. 24. capit. 7. de refor mat. matrimon.

VI. Admonet etiam Concil. Trident. ne homines vagi, & qui incertas habent ſedes, facile ad matrimonium admittantur, neue Paſtores illorum matrimoniis interſint, niſi prius diligentem inquiſitionem fecerint, & ab Epiſcopo licentiam id faciendi obtinuerint. Item ſi quos habeant, ſub ſua paræcia concubinarios, ſiue ſolutos, ſiue coniugatos eos Paſtores diligenter & fideliter Epiſcopo denunciandos curabunt.

DE SPONSALIBVS.

ETſi in diœceſi Paderbornenſi frequentius omiſsis Sponſalibus ad matrimonij celebrationem procedant: quia tamen fieri poteſt, vt iuſta de cauſa, partes contrahere volentes ſponſalia præmitti & celebrari petant, non inutile viſum fuit de ſponſalibus ea quæ ſequuntur annectere.

I.

Sponſalia nihil aliud ſunt, quam futurarum nuptiarum promiſsiones, nam quando duo per verba de præſenti (vt loquuntur) contrahunt, tunc coniuges, non ſponſi aut ſponſæ vocantur & ſunt.

II.

Quilibet valens contrahere matrimonium, poteſt etiam ſponſalia contrahere per ſe, vel per nuncium, per procuratorem, parentes atq; quemlibet alium, dummodo conſentiant, & ratificent hi, quorum nomine contrahunt.

III.

Ante ſeptennium non poſſunt contrahi propter defectum rationis, cuius vſus hic neceſſarius.

IIII.

Contrahuntur per verba futuri temporis aliquando ſimplici promiſsione; vt, Accipiam te in vxorem, & è contra; aliquando verò addito iuramento, annuli, arrhæ nummiq; donatione & acceptione.

V.

Cum promiſsio debitum conſtituat, abſq; mortali peccato & perfidia non poteſt, qui ſponſalia contraxit, renuere matrimonij ſuſceptionem, niſi in caſibus à iure permiſsis. In foro tamen contentioſo non compelluntur ab Eccleſia, quia matrimonia debent eſſe liberrima, & coacta infelices vt plurimum ſortiuntur exitus.

VI.

Excommunicati ſunt Domini, qui ſubditos inuitos matrimonia contrahere compellunt.

Sponſalia quandoq; ſoluuntur ſine peccato, per religionis approbatæ ingreſſum, votum caſtitatis ſimplex, ſuperuenientem affinitatem, aut per grauem infirmitatem alteri ſpondentium ſuperuenientem ſequentem hæreſim aut matrimonium cum alio per verba de præſenti.

Vide Canones & Nauar. cap. 22. ſui manualis num. 25. & ſequent.

+

MODVS CELEBRANDI SPONSALIA.

COnueniat prius inter Sponſum & Sponſam, & vtriuſq; partis amicos: & quando de omnibus iam conuenit inter eos, adſit Parochus, eiq; aliquis proximorum ad id conſtitutus, vtriuſq; partis voluntatem declarat.

WIrdiger Herr/ dieſe zwey/ N. vnd N. ſeyndt mit beider jrer verwanten Freundſchafft vorwiſſen vnd willen/ vnd mit wolbedachtem Gemüt vnd zeitigem raht/ ſich künfftiger zeit/ innerhalb viertzig tagē/ oder nechſter gebürlicher zeit/ mit Ehelicher Pflicht/ zuverbinden eins worden/ innerhalb gemelter zeit/ durch Gottes hülff/ einander zu Kirchen zu führen/ vnd wie breuchlich vnd Chriſtlich/ folgents Ehelich beyeinander wohnen/ vnd die Ehe volnziehen. Darumb ſie dann E. E. als jhren ordentlichen Pfarrherrn vnd Seelſorger erſucht haben/ gebeten/ erſuchen vnd bitten/ ſie wolle dieſer jhrer Verheiſſung bezeugen für gut halten/ vnd beſtettigen/ auch alles was zu der künfftigen Eheverknüpffung/ nach Chriſtlicher Ordnung nötig ſeyn wirdt/ durch die drey Sontäge Außruffung anſtellen.

Poſtea Parochus inquiret nomina contrahentium & inquirat vtrum ſint excommunicati, an aliquis ex eis votum caſtitatis emiſerit, an cum alio prius contraxerit. Cognoſcat etiam, an aliquo gradu conſanguinitatis, affinitatis, aut cognationis ſpiritualis à iure prohibito coniuncti ſint, & prius interrogetur vir.

N. Sage an bey der trewe die du Gott ſchüldig biſt/ vnd bey deinem Eyde/ vnd letzter Hinnefahrt/ ob du auch einige Gelübdt der Keuſchheit gethan/ oder ſonſt jemands die Ehe verheiſſen/ oder dich mit jemands anders vermählet haſt?

Iterum poſtea à ſponſa quærat.

Iterum à viro quærat.

N. Du verheiſſeſt hir vor Gott/ vnd allen dieſen guten Freunden/ die gegenwertige N. innerhalb viertzig tagen/ oder nechſter gebürlicher Zeit/ ſo fern es euch GOtt/ vnd die Chriſtliche Kirche vergünnen wirdt/ für dein Ehelich Gemahl anzunemmen/ vnd nach Chriſtlicher Ordnung zu Kirchen zuführen/ vnd in der Ehe mit jhr verknüpfft zu werden.

Illo annuentè idem quærat à ſponſa: & illa annuente dicat Parochus.

Et ego hæc Sponſalia, & hanc veſtram mutuam promiſſionem, authoritate qua fungor, confirmo. In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti, Amen.

Poſtea ſeorſim eos inſtruat, quomodo ſe debeant ad futuras nuptias pręparare, videlicet à Deo gratiam implorando, confitendo, communicando, antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante conſummationem matrimonij. Proponat exemplum Saræ, & ſeptem virorum, qui cum eam libidinis inſtinctu ducerent, ab Aſmodæo dæmone ſunt extincti. Proponat verba Raphaelis, dicentis.

Tob. 6. Qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus: habet poteſtatem Demonium ſuper eos. Tu autem cum acceperis eam, ingreſſus cubiculum, per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus vacabis cum ea.

FIANT TRIBVS DIEBVS FESTIVIS PROCLAMATIONES PVBLICAE.

Nam præcipit Eccleſia, vt ter à proprio Paſtore vtriuſq;, tribus continuis diebus feſtiuis in Eccleſia, inter miſſarum ſolemnia, publicè, antequam matrimonium in facie Eccleſiæ contrahatur, denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum, ſi quod fortaſsis eſſet occultum impedimentum. Pauciores denunciationes eſſe nequeunt ſine Epiſcopi licentia.

His denunciationibus, ſiue proclamationibus factis, ſi nullum legitimum impedimentum opponatur, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ, hoc eſt, coram Paſtore, vel alio Sacerdote, de eius aut Epiſcopi licentia, & coram multis teſtibus procedatur.

Si quis contraxerit, ſiue in prima ſiue in ſecunda, ſiue in tertia proclamatione, Paſtor hic ſubſiſtat, ne progrediatur vlterius, ſed remittat totum negotium ad Superiorē cuius ſit de huiuſmodi impedimentis cognoſcere, partibus diem oportunum, quo coram ſuperiore comparere debeant deſignando. Si autem nihil impedimenti deprehendatur, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ, hoc eſt, coram

Paſtore, vel alio Sacerdote de eiuſdem aut Epiſcopi licentia, coram pluribus teſtibus ad minus duobus aut tribus, idque clara luce procedatur.

Si in alia paræcia, quam vbi proclamationes fient, matrimonium celebrari debeat, Paſtor vtriuſq; partis vel alterius, literas dimiſſorias ſeu teſtimoniales illi, qui ſolemnizaturus erit, dabit, in hunc vel ſimilem modum.

IOannes vel N. Paſtor, vel Capellanus parochialis Eccleſiæ S. N. ciuitatis Paderbornenſis, vel loci, vel N. diœceſis Padibornenſ. venerabili & dicto confratri. N. Paſtori vel Sacellano Eccleſiæ parochialis S. S. ciuitatis Padiborn. vel loci N. diœceſis Padiborn. ſalutem in Domino.

NOuerit dominatio tua dilecte confrater, & vniuerſi ad quas præſentes peruenerint. Nos iuxta probatum Eccleſiæ Catholicæ morem, tres ſolemnes proclamationes diebus & loco ex S. Concilij ordinatione requiſitis feciſſe & denunciaſſe matrimonij inter Ioannē, vel N. meum & Catharinam vel N. tuam reſpectiuè ſubditos de conſenſu Eccleſiæ & amicorum ineundi, iisq; factis nihil à quoquam vel obiectum, vel contradictum, quo pia partium intentio iure poſſet retardari vel impediri. Hinc tibi noſtras in matrimonio legitimè per te in facie Eccleſiæ interdictas perſonas ſolemnizando vices delegamus, & vt officium juxta tuā & meam Paſtoralem curā & vigilantiam diligenter præſtes, vehementer & in Chriſto rogamus. Datum in ædibus reſidentiæ noſtræ Paſtoralis, hac 22. Maij, anni 88.

Dentur literæ dimiſſoriæ & teſtimoniales illi Paſtori, qui partes contrahentes copulare debebit tempeſtiuè, quo probe eædem perſonæ in ſingulis circumſtantijs examinentur & innoteſcant, nam incognitos nullo modo copulare licet.

FORMA COPVLANDI DESPONSATOS ET SECVNDVM Eccleſiæ Catholicæ legem proclamatos.

NOTA tria facienda in hac ſolenni copulatione. Primò, Sponſus & ſponſa procurent, vt ante Sacrum à ſuis amicis deducantur ad valuas templi, & Eccleſiæ ſacerdoti benedicendi offerantur, ritu ſolenni & conſueto: Ibiq; ſacerdotem exſpectent, ne populus totus propter illorum moram tardius ſolito Sacrum audiat.

Sacerdotem celebrantem in locis à Parocho conſtituendis à principio vſq; ad finem audiant, atq; tempore Offertorij ſponſus cum ſponſa ad offerendum, altare circumeant, illo ritu quo ad templum ſolenniter venerunt. Sequantur autem ad offerendum amici tam ſponſi quam ſponſæ. Poſt Sacrum accepta benedictione Sacerdotis, ſolenniter reducantur vſq; ad domũ conuiuij pro more atq; cõſuetudine loci.

Adſint copulandi ante foras templi in puncto vltimi ſigni ad Sacrum antequam ſacrum inchoetur. Et Parochus indutus alba & ſtola, (ſi ipſe eſt celebraturus) ſi autem ipſe nõ eſt celebraturus, ſed alius, tunc ipſe ſuperpelliceo indutus & ſtola accedat ad eos ſtantes ante valuas templi.

Nota ſi Parochus non interfuit Sponſalibus, ſub iuramẽto, vt ſupra quærat ab vtroq; ſigillatim, an vel voto caſtitatis ſint obligati, aut vtrũm alteri fidem dederint. Si nullum ergo ſit obſtaculum, ita circumſtantes alloquatur.

ALlerliebſten/demnach dieſe zwo Perſonen mit wolbedachtem Gemüth/ zeitigem raht/ deſſen

vnder ſich eins ſeyndt worden / jhr Leben Ehelich beyeinander nach Chriſtlicher Ordnung zu ſchlieſſen / vnd auch darüber öffentlich / wie gebreuchlich / von der Cantzeln dreymahl außgeruffen ſeyndt / vnd kein Verhindernuß / ſo jhr Fürnemen möge zu ruck ſtellen / erfunden iſt / vnd auch nun hie vor der Kirchen erſcheinen / vnd nach Chriſtlicher ordnung in der Ehe begehren verknüpfft vnd beſtetigt zu werden / ſo wil ich deñ auch nach erforderung meines Ampts / in ewer allen gegenwertigkeiten / daſſelbige / wie billich / verrichten.

Exhortatio quæ ad intronizandum Sponſum & Sponſam haberi poteſt ad fores Eccleſiæ.

DIeweil jhr zwey der Meinung hier erſcheint / den heiligen Eheſtandt / zwiſchen euch beyden hieuor bewilligt / durch den Segen der heyligen Kirchen / vnd mit öffentlicher Zeugnuß dieſer ewer lieben Freundt / vnd MitChriſten zubeſtetten / damit jhr dieſen heiligen Standt mit mehrem Troſt annemmen / vnd in gebürlicher Ehre halten möcht / ſolt jhr wiſſen / daß der Eheſtandt nicht ein gering Ceremonia, oder ſchlechter Gebrauch von Menſchen eingeſetzt / ſonder der H. Sacrament eins iſt / durch die der Allmechtig GOtt / zum Heyl ſeiner Glaubigen / den reichen heylſamen Schatz ſeiner Gnaden miltiglich / vnd in viel Weg außtheilet.

Dann ja Gott den Eheſtand im Paradyß ſelbſt

eingeſetzt vnd mit ſondern Gnaden befeſtigt hat/ daß er nicht durch die Erbſündt verwüſtet/ vnd durch die Straff der Sündtfluß nicht vertilget worden iſt.

Vnd als dieſer Standt folgender Zeit/ bey Juden vnd Heyden in Mißbrauch gerahten war/ hat Chriſtus Gottes Sohn/ vnſer Heylandt/ den Eheſtandt vor allem Mißbrauch reinigen/ vnd in ſeine vorige rechte gebürliche Ordnung wider einbringen/ vnd vnder Menſchlichem Geſchlecht/ vnd bey ſeinen Chriſten biß ins endt erhalten wollen/ vnd er ſelbſt ſampt ſeiner werthen Mutter vnd liebē Jüngern die Hochzeit in Cana, mit ſeiner gegenwertigkeit vnd erſten Wunderzeichē verehret/ wie auch der Apoſtel den Eheſtandt ehrlich rühmet/ vñ den Eheleutē die Seligkeit zugeſagt/ ſo ſie im Glaubē vnd heiligung bleiben. Daher dann alle Chriſtē dieſe Gottes einſetzung nicht gering/ ſonder hoch vnd heilig achten vnd halten ſollen/ vnd auß Gottes Wort vernemen/ daß Gott den Eheſtandt fürnemlich vmb dieſe vrſachen eingeſetzt hat.

Erſtlich/ daß der Eheſtandt ein ehrliche Beywohnung/ vnd beſte vnd volkommeſte vereinigung eins Mans vnd Weibs ſeyn ſolt/ auff daß die gemehrung vnd erhaltung Menſchlichs geſchlechts/ auff Erden/ vnd die Kinderzucht in gewiſſen zielen behalten/ vnd ſonſt die gemeine vnd Vihiſche ver-

miſchung verhütet würde. Damit Gottsfürchtige Eheleut in einer rechtmeſſigen Beywohnung Kinder gewinnen/ vnd dieſelben in Gottes forcht/ mit gemeinem fleiß auffziehen / vnd alſo nicht alleine jhren zeitlichen Gütern gewiſſe Erben / Sondern auch vnſerm Gott wolabgerichte Gottsfürchtige Diener vnd Chriſten nach jhnen auff Erden verlaſſen möchten.

Zum andern / daß ſonſt verbottene Bulerey / ſchandt vnd vnzucht vermeidet/ vnd die blödigkeit der Natur durch die behülff der Ehe vor Sünden erhalten würde.

Zum dritten/ vnd vornemlich hat GOtt von anfang in erſchaffung der Menſchen/ den Eheſtand eingeſetzt / daß er in verpflichtung des Mans vnd Weibs/ ein groß Sacrament/ vnd eigentlich Zeichen geben wolte/ der wunderbarlichen vnd allergenadenreichſten Vereinigung / ſo Chriſtus mit ſeiner Kirchen annemen / vnd der hefftigſten Liebe/ die er an ſeiner Kirchen erweiſen würde.

Darauß dann Eheleut ſich die weiß vnd maß jhres Eheſtandts gründtlich vnd richtig erinnern mögen. Dann gleich wie Chriſtus nur eine Kirche vnd Chriſtenheit auff Erden hat / die er mit ſeinem Blut erkaufft hat / vnd ſie noch täglich durch ſeine Genad vnd kräfftige Sacrament erhelt/ vnd ſeiner Erlöſung genieſſen leſt / Alſo ſoll ein jeder Eheman

an einem ſeinem Eheweib/ vnd ein jedes Eheweib an einem ſeinem Eheman/ ſich benügen laſſen/ alle ſeine liebe/ trewe vnd müglicheWolthaten/ an den einigen ſeinen Ehegemahl wenden/ vnd in dieſe Liebe keinen dritten einlaſſen/ vnd ſeine Ehetrew an keinem andern verbrechen.

Vnd wie die Vereinigung zwiſchen Chriſto vnd der Kirchen ewig vnd vnauflößlich iſt/ alſo werden die Eheleut in krafft dieſes Sacraments mit vnuerbrüchlicher Ehepflicht zuſammen verknüpfft/ dauon ſie vmb keine Vrſach anders dann durch des einigen Todts ledig werden mögen.

Weil dann Chriſtliche Eheleut in jhrer Verbindnuß ein Vorbildt vnd vergleichnuß Chriſti/ vnd der Kirchen tragen/ ſo ſoll ein Chriſtlicher Eheman von Hertzen vnd mit luſt vnd frewden geneigt ſeyn/ ſeiner vertrawten Ehefrawen getrewlich vorzuſtehen/ ſie zuernehren/ vnd gegen jhr alle liebe vnd trew zuerzeigen/ damit er Chriſto gleich ſeyn möge/ der auch ſeine Kirche geliebt/ vnd ſich ſelbſt vor ſie gegeben hat/ auff daß er ſie mit ſeinem Blut heiligen vnd ſeligen möchte. Vnd ein Chriſtlich Eheweib/ ſoll mit luſt vnd von Hertzen jhren Eheman lieben/ ehren vnd jhm gehorſam ſeyn/ damit ſie der Kirchen gleich ſey/ die auch Chriſtum jhren Breutigam liebet vnd ehret vnd jhm vnderthenig iſt.

Wo nun jhr beyde dieſen heiligen vnd von Gott verordneten Eheſtandt/ in Gottes forcht/ vnd mit andacht anzunemen bedacht ſeydt/ ſolt jhr nicht zweiffeln/ der warhafftig Almechtig Gott werde mit ſeinen Gnaden zu euch ſetzen/ vnd euch bey ſeiner Einſetzung/ mit verleihung gnugſamer Leibsnahrung/ auch anderm nötigem Vorraht erhalten/ vnd ewer beyder Hertzen durch ſeine Genade leiten vnd ziehen/ daß jhr gegeneinander ſtetige liebe vnd trewe vben/ ewer Ehelich Betth rein behalten/ auch wider allerley Trůbſal/ ſo hie auff Erden zufallen möchten/ euch mit gemeiner hůlff tröſten/ vnd ein fridliche/ ehrliche Beywohnung biß ins end hinauß führen/ vnd das ewig Leben erreichen möget.

Darneben jhr bey GOtt vmb genad anſuchen/ vnd euch befleiſſen ſolt/ daß jhr euch dieſen an jhm ſelbſt heiligen Standt/ durch zu viel ſorgen vber zeitliche Nahrung vnd Weltgeſchefften/ oder auch durch vnmeſſige ſeuche der Gelůſten/ nicht vileicht zur hindernuß an der Seligkeit werden laſſet/ ſonder ewer Beywohnung in Gottes forcht vnd zucht haltet/ damit jhr an ewerm Gebett/ Andacht/ vnd Gottesdienſten (ſo Chriſtus an Gottes Ehr vnd zum heyl jhrer Seelen fleiſſig vben ſollen) nicht verhindert werden/ ſonder allezeit ewers Lebens/ in Gottes genad vnd Hulden pleiben/ vnd auß ſeiner Erbärmnuß endliche ewige Freude vñ Selig-

keit erlangen möget / die vns Gott allen verleihen wölle / durch Chriſtum Jeſum vnſern Herꝛn / Amē.

Tunc accipiat annulum vel arrham ab ijs, & benedicat vt ſequitur.

BENEDICTIO ARRHAE, SI HABEANT.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
Reſp Qui fecit cælum & terram.
Verſ. Sit nomen Domini benedictum.
Reſp. Ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

BEnedic Domine has arrhas quas hodie tradit famulus tuus N. in manu ancillæ tuæ, & dilectæ Spoſæ ſuæ N. quemadmodum benedixiſti Abraham cum Sara, Iſaac cum Rebecca, Iacob cum Rachel: dona ſuper eos gratiam tuæ benedictionis, abundantiam rerum, & conſtantiam operum, floreſcant ſicut roſa in Hierico plantata, & te Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum timeant, & adorent, in ſæcula ſæculorum.

Reſp. Amen.

OREMVS.

DOmine Deus, omnipotens Pater, qui in ſimilitudinem ſancti connubij, Iſaac cum Rebecca, per interceſsionem arrharum Abrahæ famuli tui, copulare iuſsiſti, vt oblatione munerum numeroſitas creſceret filiorum: quæſumus omnipotentiam tuam, vt harum oblatione arrharum quas hodie hic famulus tuus N. dilectæ ſponſæ ſuæ N. offerre procurat, Sanctificator accedas, eoſq; cum ſuis muneribus bene✠dicas: quatenus tua benedictione protecti, & vinculo tuæ liberationis connexi, gaudeant ſe feliciter cum tuis fidelibus perenniter mancipari, Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Si vero non habeant arrham, ſed annulum, tunc prætermiſſa dicta benedictione, benedicatur annulus hoc modo.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
Reſp. Qui fecit cælum & terram.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

BEne✠dic quæſumus Domine annulum

hunc, quem nos in tuo nomine benedicimus: vt qui eum portauerint, in tua pace conſiſtant, & in tua voluntate permaneant, & in tuo amore viuant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

OREMVS.

CReator & conſeruator humani generis, dator gratiæ ſpiritualis, Conditor æternæ ſalutis: tu Domine emittere digneris Spiritum ſanctum paracletum tuum de cælis, & tuam ſanctam ✠ benedictionem, ſuper hunc annulum, vt iſti pariter ornati virtute cæleſti, tuaq; protectione defenſi benedictionis tuæ munus percipiant in vitam æternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amē.

Et aſpergat Sacerdos aqua benedicta.

Si Parochus non interfuit ſponſalibus faciat ſequentem interrogationem.

JCh frage dich an ſtatt des Allmechtigen Gottes/ N. ob du mit einer andern verbunden ſeyeſt/ vnd ob du das Gelübniß jrgent einer andern Junckfrawen oder Perſon verheiſſen oder zugeſagt habeſt/ dann allein dieſer/ die da gegenwertig ſtehet/ es ſey mit Worten oder Gaaben. Auff daß dieſem Sacrament der heiligen Ehe/ keine verletzung vnnd hinderniß/ oder kein

darauß erſcheinen / vnd alſo beſchwerung deines Gewiſſens/meineydigkeit/vnd ander vbel/ ja auch Gottes ſtraff bey vnd an euch/oder eweren erzeugten künfftigen Kindern / wie leyder Exempel vnd Beyſpiel gnug vorhanden/ erfolgen möchten.

Si ſaluam habeat conſcientiam,

Reſpondeat. Nein.

Si Parochus interfuit Sponſalibus, ac ibi fecit dictam interrogationem, hic eam poterit omittere, &, vt ſequitur, interrogando proſequi, Sacerdos itaque primo appellet Sponſum inquirendo.

N. Ich frage dich an ſtatt des Allmechtigen Gottes / iſt es nun dein freyer vngetrungener Will/vnd wolbedachte Meinung/ dieſe N. gegenwertig / nach Gottes Ordnung vnd Auffſetzung/ für dein Ehelich Weib vnnd Ehegemahl anzunemmen.

Dicat:

Ja.

Deinde ſimiliter alloquatur & interroget Sponſam, quæ ſit verecunda.

Ich frage dich auch N. an ſtatt des Allmechtigen Gottes / iſt es nun dergleichen dein gründliche vnd wolbedachte Meinung / ernſt vnd gemüth / in Chriſto mit dieſem N. Ehelich zu wer-

den/ vnd jhn für deinen Ehlichen Mann anzunemmen?

Dicat:

Ja.

Sacerdos pergat alloqui & interrogare ſponſum.

N. Gedenckeſtu auch jhr hie gegenwertig trewlich fürzuſtehen/ als Adam ſeiner Eua/ vnd ſie zu lieben als dein eigen Fleiſch/nach des H. Apoſtels Wort/vnd jhr zu verſchonen/als einem ſchwachen Zeug/wie S. Petrus ſchreibt?

Dicat.

Ja.

Annuentibus illis, accipiat ſponſus annulum vel arrham de manu ſacerdotis, & ponat in quartum digitum, (ſcilicet annularem) manus ſponſæ, dicens.

N. Mit dieſem Ring/oder Gottsheller/oder Gottspfenning/vertrawe vnd vermähle ich dich mir. Im Namen Gott des Vatters/des Sohns/ vnd des heiligen Geiſtes.

Poſtea iungat Sacerdos amborum dexteras, & iubeat Sponſum dicere:

N. Ich nehme dich zu meinem Ehelichen Weib.

Deinde Sponſam.

N. Ich nehme dich zu meinem Ehelichen Mann.

Deinde ſacerdos partem ſtolæ manibus illorum circumuoluat, & dicat.

Ideo Matrimonium per vos contractum, confirmo, ratifico, & benedico. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

Tandem aſpergat eos aqua benedicta, & data ſtola ad manum Sponſæ, introducat eos in Eccleſiam dicens:

Dominus cuſtodiat introitum veſtrum, & exitum veſtrum, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Deinde celebratur Miſſa, qua completa accedant Sponſus & Sponſa ad altare, & ante illud prouoluantur genibus flexis. Sacerdos facie verſa ad eos benedicat illis. Notandum verò ſecundas nuptias non benedici.

PSALM. CXXVII.

BEati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſraël.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Verſ. Manda Deus virtuti tuæ.

Reſp. Confirma hoc quod operatus es in eis.

Verſ. Saluū fac ſeruum tuū & ancillā tuam.

Reſp. Deus meus ſperantes in te.

Verſ. Mitte eis auxilium de ſancto.

Reſp. Et de Sion tuere eos.

Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, bene ✠ dic adoleſcentes iſtos, & ſemina ſemen vitæ æternæ in mentibus eorum, vt quicquid pro vtilitate didicerunt, hoc facere cupiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c. Reſp. Amen.

ORATIO.

BEne ✠ dic & reſpice de cœlis hanc coniunctionem, vt ſicut miſiſti ſanctum angelum tuum Raphaëlem pacificum ad Tobiam & Saram filiam Raguelis: ita digneris Domine mittere benedictionem tuam, ſuper hos adoleſcentes, vt in tua benedictione permaneant, in tua voluntate perſiſtant, & in tuo amore viuant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ORATIO.

OMnipotens ſempiternus DEVS, qui primos perentes noſtros, Adam & Euam, ſua virtute creauit, & in ſocietate ſancta copulauit, ipſe corda & corpora veſtra ſanctificet, &

bene-

benedicat, atq; in ſocietate & amore veræ dilectionis coniũgat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Impleat vos Chriſtus benedictione ſpirituali in remiſſionem peccatorum, vt habeatis vitam æternã, & viuatis in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Et benedictio Dei ✠ Patris omnipotentis, & ✠ Filij, & Spiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Reſp. Amen.

Deinde eleuatis manibus, & extenſis ſuper capita eorum, dicat primo.

DOminus Deus omnipotẽs benedicat vos, ipſe vos coniũgat, impleatq; benedictionẽ ſuam in vobis, & filijs filiorum veſtrorum, vſq; in tertiam & quartam generationem & progeniem, & ad optatam perueniatis ſenectutem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Pro libitu ſuo Sacerdos dicat ex ſequentibus orationibus quot & quas voluerit.

DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, ipſe ſit vobiſcum, & ipſe vos coniungat, impleatq; benedictionem ſuam in vobis. Reſp. Amen.

Benedicat vos omnipotens Deus oris ſui eloquio,&cor veſtrum ſynceri amoris copulet nexu perpetuo. Reſp. Amen.

Floreatis rerum præſentium copijs fructificetis decenter in filijs, gaudeatis perenniter cum fidelibus amicis. Reſp. Amen.

Ipſe qui vnum trinumq; poſsidet nomen, & gloriatur Deus, benedicat vos in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Quod vobis præſtare dignetur, cui eſt honor & imperium in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Poſtea Sacerdos dicat Euangelium ſecundum Ioannem cap. 1

In principio erat verbum, &c.

Finito Euangelio, det librum deoſculandam triſq; & dicat.

Ambulate in pace.

DE SECVNDIS NVPTIIS.

SI autem ſint bigami ambo, vel ſaltem Sponſa non fuerit, virgo notoriè, non curando de ſponſo virgo ne ſit an non, licet benedicendi non ſint; tamẽ poſt nuptiarum celebrationem ad altare debent accedere, & in genua procumbere, & ſacerdos pro illis hoc modo orare debet.

PSALM. CXXVII.

BEati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Vt videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſraël.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Aue Maria.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Verſ. Manda Deus virtuti tuæ. (nobis.
Reſp. Cõfirma hoc Deus quod operatus es in
Verſ. Saluum fac ſeruum tuũ & ancillã tuam.
Reſp. Deus meus ſperantes in te.
Verſ. Mitte eis auxilium de ſancto.
Reſp. Et de Sion tuere eos.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

PRætende quęſumus Domine fidelibus tuis dextram cæleſtis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ dignè poſtulant, aſſequantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Tunc aſpergantur aqua benedicta, & vir oſculetur medium altaris & poſtea mulier, & recedant.

CONTRA MALEFICIVM ORATIO Eccleſiæ.

Quoniam aliquando contingit; Deo hominum vindicante ſiue infidelitatem ſiue libidinem, vt vir & mulier maleficio impediti, opus matrimonij ad implere nequeant; ex Sacerdotali Romano pro ipſorum liberatione ſequentem orationem libuit aſcribere, qua, qui volet, vti poterit. Qui ergo ſe ita impeditos ſentiunt, facto prius diligenti peccatorum examine, ad ſacerdotem veniant, qui ſuperpelliceo indutus & ſtola illos audiat, & abſoluat, deinde celebrata miſſa de ſpiritu ſancto pro illis precetur, hoc modo:

ADiutorium noſtrũ in nomine Domini.
Qui fecit cælum & terram.
Verſ. Saluum fac ſeruũ tuum & ancillã tuam
Reſp. Deus meus ſperantes in te.
Verſ. Mitte eis Domine auxilium de ſancto.
Reſp. Et de Sion tuere eos.
Verſ. Nihil proficiat inimicus in eis.
Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
Verſ. Eſto eis Domine turris fortitudinis.
Reſp. A facie inimici.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DOmine Ieſu Chriſte filij Dei & B. Virginis Marię vnigenite, qui in paradiſo terreſtri matrimonium inſtituiſti in officium, & poſt modum pro nobis homo factus etiam in Sacramentum erexiſti, ipſum tua præſentia ac miraculorum tuorum primitijs dignanter illuſtrans: tu per merita & preces ipſius beatiſſimæ virginis Mariæ, beati Vincenrij confeſſoris tui, exprimendo nomen Patroni loci, & omnium Sanctorum & Sanctarum tuarum digneris hunc famulum tuum, & hanc famulã

tuam, quos ſacro matrimonio coniunxiſti bene✠dicere, ac plenè liberare ab omni ligamento, faſcinamento, & maleficio ſatanę, & dare eis fœcunditatem & gratiam, qua liberè vti poſſint matrimonio ſuo ad generandum, concipiendum, geſtandum, pariendũ, & fouendum prolem gratam Deo & hominibus, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠ ſancti, Amen.

Subiungatur.

IEſus Mariæ filius, mundi ſalus, & Dominus ſit vobis clemens & propitius, Amen.

Deinde tres Pſalmi ſequentes.

Domine quid multiplicati ſunt.
Beati qui habitant in adiutorio altiſſimi.
Beati omnes, qui timent Dominum. Cum
Gloria patri, &c.

Poſt vltimum ſubiungantur preces ſequentes.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Aue Maria.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.
Verſ. Saluum fac ſeruum tuũ & ancillã tuam.
Reſp. Deus meus ſperantes in te.
Verſ. Mitte eis auxilium de ſancto.
Reſp. Et de Sion tuere eos.

Verſ. Nihil proficiat inimicus in eis.
Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
Verſ. Eſto eis Domine turris fortitudinis.
Reſp. A facie inimici.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

Domine Ieſu Chriſte fili Dei qui vterum B. Mariæ Virginis mirabiliter fœcundaſti, vt de ſpiritu ſancto conciperet, portaret, pareret ac nutriret te Deum verum & hominem ſaluatorem noſtrum, imploramus clementiam tuam, vt his famulis tuis ſublato omni dæmonis impedimento & maleficio, fœcunditatem donare digneris, vt generare, concipere, portare, parere ac nutrire prolem tibi valeant in vitam æternam, In nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus ſancti Amen.

Deinde ſubditur verſus ſequens.

Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.

Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum; quod fructum dabit in tempore ſuo.

Et folium eius non defluet, & omnia quæcunq; faciet, proſperabuntur.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Tunc Sacerdos manum imponens ſuper caput viri primum, deinde mulieris, dicat retinens manum ſuper caput mulieris:

IESVS Mariæ filius, mundi ſalus & Dominus, qui beatiſſimæ virgini Mariæ matri ſuę felicem partum tribuit: ipſe tibi concedat vt poſſis in vtero portare fouere, parere, & feliciter nutrire prolem Deo & hominibus gratam: In nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus ſancti.

Deinde aſpergat eos aqua benedicta.

BENEDICTIO MVLIERIS PRAEGNANTIS, DE CVIVS periculo dubitatur.

Verſ.

ADiutorium noſtrũ in nomine Domini.
Reſp. Qui fecit cælum & terram.
Verſ. Saluam fac ancillam tuam.
Reſp. Deus meus ſperantem in te.
Verſ. Eſto illi Domine turris fortitudinis.
Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Verſ. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
Reſp. Et de Sion tuere eam.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem : quæſumus vt eiuſdem fidei firmitate, hæc famula tua ab

omnibus ſemper muniatur aduerſis. Per Dominum noſtrum.

OREMVS.

DOmine Deus omnium creator, fortis & terribilis, iuſtus atque miſericors, qui ſolus bonus & pius es: qui de omni malo liberas Iſraël, qui feciſti patres electos quoslibet, & ſanctificaſti eos munere Spiritus tui: qui glorioſæ virginis matris Mariæ corpus & animam, vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur. Spiritu ſancto cooperante præparaſti: qui Ioannem Baptiſtam Spiritu ſancto repleri, & in vtero matris exultare feciſti: accipe ſacrificium cordis contriti, ac feruens deſiderium famulæ tuæ N. humiliter ſupplicantis pro conſeruatione prolis debitis quam ei dediſti concipere, & cuſtodi partem tuam, & defende ab omni dolo, & iniuria duri hoſtis, vt obſtetricante manu miſericordiæ tuæ, fœtus eius ad hanc lucem veniat incolumis, ac ſanctæ regenerationi ſeruetur: tibiq; in omnibus iugiter deſeruiat, & vitam conſequi mereatur æternam. Per eundem Dominum noſtrum, &c.

Poſtea aſpergatur aqua benedicta, dicendo Pſalmum 66.

DEus miſereatur noſtri, &c.

Verſ. Benedicamus Patrem & Filium, cum ſancto ſpiritu.
Reſp. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.
Verſ. Angelis ſuis Deus mandet de te.
Reſp. Vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

VIſita quæſumus Domine cunctam habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea, & à præſenti famula tua longè repelle, & Angeli tui ſancti habitent in ea, qui eam & & eius Prolem in pace cuſtodiant: & bene✠dictio tua ſit ſuper eam ſemper: ſalua eos omnipotens Deus, & lucem eis tuam concede perpetuam. Per Dominum noſtrum, &c. Reſp. Amen. Benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris, & Filij, & Spiritus ſancti, deſcendat & ſit ſuper prolem tuam, & maneat ſemper. Reſp. Amen.

ORDO INTRODVCENDI MVLIERAM IN ECcleſiam poſt partum.

DE hoc ritu (quem Chriſtiana gratitudo requirit) ſeruanda eſt conſtitutio ſynodi prouincialis Mechlinienſis; quæ inhærendo reſcriptis Gregorij I. ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, & Innocentij 3. definiuit in hunc modum. Quia ſuperioris temporis negligentia, probatiſsimus ille Chriſtianæ Eccleſiæ mos, quibuſdā in locis eſt collapſus, quo puerperæ certo poſt partum die, referre Domino Deo gratias ſolent; Statuit ſancta Synodus, vt vbiq; conformiter in vſum reuocetur, ac puerperæ ad Miſſæ ſacrificium veniant, & contra negligentes, ceu piæ couſuetudinis violatores, procedatur.

Qnando mulier poſt partum expleto certo dierum numero, ad Eccleſiam, vt moris eſt, Purificanda accedit: Sacerdos indutus ſuperpelliceo & ſtola, adiens oſtium templi mulierem candelam accenſam habentem in manu dextra, aſpergat aqua benedicta, dicens:

ASpergat te Deus rore gratiæ ſuæ in vitam æternam Reſp- Amen.

Deinde porrecta ſtola ex collo dependente manui eius, inducat eam, dicens:

Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.

Deinde Sacerdos mulierem deducens ad altare, ibi ſuper eam, genua coram altari flectentem, ſic orabit: Pſalmum 120.

Leuaui oculos meos in montes:
Vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino:
Qui fecit cælum & terram.
Non det in commotionem pedem tuum:
Neq; dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit:
Neq; dormiet qui cuſtodit ISRAEL.
Domin⁹ cuſtodiet te, Domin⁹ protectio tua:
Super manum dexteram tuam.
Per diem Sol non vret te:
Neq; Luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo.
Cuſtódiat animam tuam Dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitũ tuum:
Ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.
Gloria Patri, &c.
Sicut erat, &c.
KYrie eleiſon, Chriſte eleiſon,
Kyerie eleiſon.
Pater noſter.
Verſ. Et ne nos inducas in tentationem.
Reſp. Sed libera nos à malo.

Deinde Parochus ad mulierem conuerſus dicat:

Verſ. Saluam fac ancillam tuam Domine.
Reſp. Deus meus ſperantem in te.
Verſ. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
Reſp. Et de Sion tuere eam.
Verſ. Nihil proficiat inimicus in ea.
Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Verſ. Eſto illi Domine turris fortitudinis.
Reſp. A facie inimici.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſte: benedicere ✠ digneris hanc famulam, quæ ad imitationem ſanctiſſimæ virginis Mariæ ſeſe cum gratiarum actione, purificandam in templo exhibet: & concede propitius, vt, ſicut ei prolis fæcunditatem, & vires templum tuum ingrediendi contuliſti: ita per interceſſionem eiuſdem immaculatæ Virginis, ab omni mentis & corporis contagio liberatam, ad ſancta ſanctorũ pura facias mente accedere,

& poſt finem præſentis vitæ, templum cæleſte introire. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Poſtea dicat:

Verſ. Benedicamus Domino.
Reſp. Deo gratias.

Benedictio Dei Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ſancti, ✠ deſcendat ſuper te & maneat ſemper, Reſp. Amen.

Sacerdos ſi ſit celebraturus miſſam pro ea, tunc induitur ſacerdotalibus indumentis, & celebrat miſſam occurrentis diei, vel aliam votiuam, iuxta deuotionem mulieris: aptiſſimè autē huic laudis officio congruit miſſa in Purificatione B. Mariæ, quæ incipit Suſcepimus. Quæ ſi legatur, omittetur in collecta, Hodierna die, qua finita, dimittetur mulier cum benedictione Domini in pace. Quod ſi ad celebrandam miſſam neq; Paſtor neq; alius ſacerdos haberi poſſit, tunc Parochus poſt iam dictam collectam addet Euangelium.

In principio erat verbum. aut potius, Poſtquam impleti. Et dicet, Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum Spiritu tuo. Verſ. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, ſecundum legem Moyſi, tulerunt Ieſum in Hieruſalem, vt ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in

lege Domini: Quia omne maſculinũ adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur. Et vt darent hoſtiam (ſecundũ quod dictũ eſt in lege Domini) par turturum, aut duos pullos columbarum.

Reſp. Laus tibi Chriſte.

Verſ. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti.

Reſp. Dei genitrix intercede pro nobis.

OREMVS.

DEus qui hanc famulam tuam de pariendi periculo liberaſti, & eam in ſeruitio tuo deuotam feciſti, concede vt temporali curſu fideliter peracto, ſub alis miſericordiæ tuæ vitam quietam & perpetuam conſequatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Vel.

DEus qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

Item.

DEus qui ſalutis æternæ Beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præſtitiſti, tribue quæſumus, vt ipſam pro nobis intercede ſentiamus; per quã meruimus

auctorem vitæ ſuſcipere Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Deinde ſacerdos præbet ei ex oſculandam crucem libri Sacramentalis, dicendo:

Vers. Dominus det tibi ſuam pacem.
Reſp. Et vitam æternam.

Si contigerit mulierem aduerſa valetudine certo tempore à Purificatione impediri, differatur purificatio donec vtcunq; reſtituta, in Eccleſiam ingredi poſsit, etiamſi mortis immineat periculum: quia Purificatio extra Eccleſiam facienda non eſt, neq; ſubſtituenda alia mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ.

Miſſam ſiccam (vt vocant) neq; ad purificandam mulierem neq; ad celebrandum coniugium, aut ad vllum alium vſum celebrari permittimus.

†

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE OBSTETRICIBVS DELIGENDIS ET IVRAMENTO ab eis præſtando.

CVm facienda erit obſtetricis electio, curabit Parochus conuocandas honeſtiores & probiores ſuæ Paræciæ fæminas quas ſedulo commonefaciet, vt depoſito omni odio, amore, vel fauore, eligant omnium, quam crediderint ad hoc munus aptiſsimam, & fideliſsimam. Præcipuè verò, quæ nullo vnquam tempore ſuſpecta fuerit de hæreſi vel maleficio. Et mox cum electa fuerit, docebit illam, veram formam Baptiſmi, ſi neſcierit; & vbi illam planè didiciſſe cognouerit, & non aliàs, ad ſolitum iuramentum admittet, quod ipſa per ſe legat, ſi poſsit: Sin minus, parochus prior pronunciet, & illa ſequatur, eadem & ſingula verba repetens, modo qui ſequitur.

JCh N. verheiſſe vnd verſpreche Gott dem allmechtigen/ vnd ſeiner gebenedeyten Mutter Mariæ/ vnd dem oder der N. Patronen dieſer Kirchen/ vnd allen Heiligen Gottes/ vnd euch meinem Pfarherꝛ in gegenwertigkeit dieſer anweſendē Perſonē: daß ich mein Ambt in erlöſung der gebierenden Frauwen wil getrewlich (als viel mir müglich in dieſer Pfarꝛkirchen/ oder wo es ſunſt billich von mir gefordert wirdt) verrichten; Neben dem wil ich auch durch meine Vnachtſamkeit die Kinder keines wegs in gefahr laſſen kommen/ ſonder andere Frawen welche darum̄ beſſer verſtandt

haben dann ich / in dieſer ſachen / gern rahts fragen. Jch verheiſſe auch / daß ich keinswegs gebrauchen werde / einige vnerlaubte Mittel / welche einigem gebott Gottes / zuwider ſeindt / vnd daß ich alles auffs trewlichſt verrichtẽ werd / ohn haß neydt oder nachrede / ſonder in allẽ ehrẽ / wie mir das für Gott vnd den Menſchen gebürẽ wirt / in befordern geiſtlicher vnd leiblicher geſundtheit / ſo wol der Mutter als des Kindts. Hierinn wolle Gott mein Helffer ſeyn / Amen.

Sacerdos ſubiungat.

Fraw verheiſt jhr diß nicht alſo / vnd thut ewern Eydt darauff?

Obſtetrix reſpondeat.

Ja Herr.

Monebit etiam illam, ne quenquam baptizet, niſi in neceſsitate, idq; in præſentia duarum mulierum, & potiſsimum Matris pueri ſi fieri poſsit; & ſi puer periculum euaſerit, quam citiſsimè deferat ad Eccleſiam, vt à ſacerdote omnes omiſſæ cæremoniæ, & ſacræ vnctiones ſuppleri poſsint.

BENEDICTIO AQVAE LVSTRALIS ET SALIS.

OMnibus diebus Dominicis, Sacerdos ſtola & ſuperpelliceo indutus, (quod in omni benedictione obſeruandū eſt;) ſalem & aquam benedicat ſecundum Eccleſiæ antiquā & vniuerſalem conſuetudinē: acceptoq; aſperſorio, aſpergat circumeundo, primo ter Altare: deinde ſe, & miniſtros qui adſunt, ac ſacerdotes alios, ſemel. Tandem populum & Eccleſiam; proq; animabus ibidem quieſcentibus inter eundum recitet. Pſal. Miſerere, vel, De profundis; Sinatq; etiā auferri ab omnibus ea vti volentibus pro ægris, ædibus, pabulis, cibis, &c. iuxta, Concilium Nanetenſe.

SEQVITVR EXORCISMVS SALIS.

ADiutorium noſtrum in nomine Domini.
Qui fecit cælum & terram.

EXorcizo te creatura ſalis, per Deum ✠ viuum; per Deum ✠ verum; per Deum ✠ ſanctum; per Deum qui te per Heliſeum Prophetam in aquam mitti iuſsit, vt ſanaretur ſterilitas aquæ: vt efficiaris ſal exorcizatum, in ſalutem credentium: & ſis omnibus te ſumentibus ſanitas animæ & corporis: & effugiat atq; diſcedat à loco in quo aſperſum fueris omnis phantaſia, & nequitia vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſq; Spiritus immun-

dus adiuratus: Per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignē, Amen.

OREMVS.

IMmenſam clementiam tuam omnipotens æternæ Deus, humiliter imploramus: vt hãc creaturam ſalis, quam in vſum generis humani tribuiſti, bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus, ſalus mentis & corporis, & quicquid ex eo tactum, vel reſperſum fuerit. careat omni immunditia, omniq; impugnatione ſpiritalis nequitiæ: Per Dominum noſtrum, &c.

SEQVITVR EXORCISMVS AQVÆ.

EXorcizo te creatura aquæ, in nomine ✠ Dei Patris omnipotentis; & in nomine ✠ Ieſu Chriſti filij eius Domini noſtri; & in virtute ſancti ✠ Spiritus: vt fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem poteſtatem inimici: & ipſum inimicum eradicare & explantare valeas, cum angelis ſuis apoſtaticis: per virtutem eiuſdem Domini noſtri IESV Chriſti: qui venturus eſt & iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem, Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

OREMVS.

DEVS qui ſalutem humani generis, maxima quæque Sacramenta in aquarũ ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris; & elemento huic multimodis purificationibus pręparato, virtutem tuæ bene✠dictionis infunde: vt creatura tua, myſterijs tuis ſeruiens, ad abigendos dæmones, morboſq; pellendos, diuinæ gratiæ ſumat effectum: vt quicquid in domibus vel locis fidelium hæc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat Spiritus peſtilens, non aura corrumpẽs: diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici: & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti; aſperſione huius aquę effugiat: vt ſalubritas per inuocationem ſancti tui nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa: Per Dominum noſtrun Ieſum Chriſtum, &c.

Hic mittat Sal in aquam per modum crucis. dicendo:

COmmiſtio ſalis & aquæ pariter fiat, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & ſpiritus ✠ ſancti, Amen.

Deinde dicat Sacerdos:

Dominus vobiſcum.

Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DEVS inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij rex, ac ſemper magnificus triumphator: qui aduerſæ dominationis vires reprimis; qui inimici rugientis ſæuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te Domine trementes & ſupplices deprecamur, ac petimus: vt hanc creaturam ſalis & aquæ dignanter aſpicias benignus illuſtres: pietatis tuæ rore ſanctifices: vt vbicunque fuerit aſperſa, per inuocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi Spiritus abigatur, terrorq; venenoſi ſerpentis, procul pellatur: & præſentia ſancti Spiritus, nobis miſericordiam tuam poſcentibus, vbiq; adeſſe dignetur: Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Tunc, vt ſuprà notatum, fiat aſperſio, & cantetur ad modum infra poſitum, vel ſi hoc fieri alibi non poteſt dicatur Antiphona.

Sic cantant in Cathedrali æde Paderbornenſi ſine Gloria patri, &c.

bor

VERSVS.

Gloria omittatur vt ſeruetur vniformitas.
Et repetitur Antiphona, Aſperges me, &c.

Supradicta Antiphona, prædicto modo cantatur in aſperſione aquę benedictę in Dominicis per totum annum: excepto tempore Paſchali, ſcilicet à Dominica Paſchæ vſq; ad Pentecoſten, quo tempore cantanda Antiphona ſequenti melodiâ.



In octaua verò Pentecoſtes, reſumitur Aſperges me, &c.

Finitis Antiphonis, ſupradicto modo, Sacerdos qui aſperſit aquam, reuerſus ad altare, ante gradus altaris ſtans dicat:

Verſ. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. Tempore Paſchali additur Alleluia.
Reſp. Et ſalutare tuum da nobis.
Verſ. Domine exaudi orationem meam:
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

EXaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris ſanctũ angelum tuum de cęlis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet atq; defendat omnes habitãtes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

BENE-

BENEDICTIO CANDELARVM SEV CEREORVM, in die Purificationis S. Mariæ.

NOTANDVM.

QVod Religioſa & pia ſanctione conſtituta eſt ab Eccleſia catholica, in ſolennitate Purificationis ſacratiſsimæ virginis Mariæ, cereorũ benedictio: quoniã Dominus noſter cum offerretur in templo, quadrageſimo poſt ſuam natiuitatem die (cuius oblationis memoriã recolit hæc ſolennitas) à Simeone iuſto prædicatus eſt eſſe lumen ad reuelationem gentium, & lumen quidem ſpirituale, effugans denſas noſtræ mentis tenebras. Idcirco per lumen ſenſibile cereorum accenſorum tanquam eius ſymbolum, meritò honoratur hoc die atque concelebratur. Sunt etenim in cereo accenſo tria, magnum continentia myſterium, ſignificationemque eorum quæ Domino noſtro verè inſunt. Primo cera, ab apibus cum ſynceritate formata, & puriſsimæ eius carnis ſignatiua. Secundo lychnus ſiue ellychnium, & funale illud interius vndique cera circumlitum, ſacratiſsimam eius animam inſinuans in ſancta carne latitantem. Tertio verò ibidem eſt lumen, quod ceræ & lychno coniungitur, deitatem eius ſummam ſignificans, corpori & animę ineffabiliter vnitam. Facta autem memoratur hæc cereorum deferendorum in præſenti celebritate commendabilis inſtitutio à Sergio ſummo Pontifice, ad abolendam ſuperſtitionem ſacrilegam Romanorũ qui ex ritu gentilitio nondum tunc abolito neque eliminato, in principio menſis Februarij ſoliti fuerant vrbem luſtrare tædis & facibus in honorem Februæ matris Plutonis, & in venerationem Cereris, quæ filiam ſuam Proſerpinam (vt fabulantur Poetæ) captam à Plutone, facibus ad mon-

tem

tem Aethnam accenſis, anxia quæritabat. Et quoniam difficile erat aſſueta relinquere, aut repente hunc morem ſuperſtitioſum funditus extirpare: conſtituit prouidentiſsimus Pontifex, vt ritus ille in meliorem commutaretur obſeruationem, & in hodierna ſolennitate fideles in honorem ſacratiſsimæ virginis & matris Dei cereos deferrent qui ſolenni benedictione ſanctificarentur à ſacerdote. Cuius benedictionis forma talis eſt, vt ſequitur.

ADiutorium noſtrum in nomine Domini.
Qui fecit cælum & terram.

OREMVS.

EXaudi quæſumus Domine plebem tuam, & quæ extrinſecus, annua tribuis deuotione venerari, interius aſſequi, gratiæ tuæ luce concede. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
Reſp. Amen.
Verſ. Pretioſa eſt in conſpectu Domini.
Reſp. Mors Sanctorum eius.

OREMVS.

SAncta Maria mater Domini noſtri IESV Chriſti, & virgo perpetua cum omnibus ſanctis intercedere digneris pro nobis peccatoribus, vt mereamur ab eo adiuuari & exaudiri. Qui in Trinitate perfecta viuit & regnat DEVS per omnia ſęcula ſæculorum.
Reſp. Amen.

Bene ✠ dico te creatura ceræ, in nomine Sanctæ Trinitatis, vt ſis vbiq; Diaboli effugatio, atq; omnium contubernalium ſuorum

exter-

exterminatio: adiuuante eadem ſancta & indiuidua trinitate, qui in vnitatis eſſentia, viuit & regnat. Per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

OREMVS.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui omnia ex nihilo creaſti, & iuſſu tuo per opera apum hunc liquorem ad perfectionem cerei venire feciſti, & qui hodierna die petitionem iuſti Simeonis impleſti: Te humiliter deprecamur vt has candelas, ad vſus corporum & ſalutem animarum, ſiue in terra, ſiue in aquis: per inuocationem ſanctiſsimi nominis, & per interceſsionem ſanctæ Mariæ ſemper virginis, (cuius hodie feſta deuote celebramus) & per preces omniũ Sanctorum tuorum bene ✠ dicere, & ſanctifi ✠ care digneris: & huius plebis, tuæ (quæ illas in manibus deſiderat honorificè portare, te cantando laudare) exaudias voces de cælo ſancto tuo, & de ſede maieſtatis tuæ & propitius ſis omnibus clamãtibus ad te, quos redemiſti pretioſo ſanguine filij tui. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

OREMVS.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui hodierna die, vnigenitum tuum vlnis ſancti Simeonis in templo ſancto tuo ſuſcipiendum, pręſentaſti: tuam ſupplices deprecamur clementiam: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificentia ſuſcipientes, geſtare cupimus luce accenſas bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare: atque lumine ſupernæ benedi ✠ ctionis accēdere digneris: quatenus eas tibi Domino noſtro offerendo, digni, & ſancto igne dulciſsimæ charitatis ſuccenſi: in templo ſancto gloriæ tuæ repræſentari mereamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

OREMVS.

Domine Ieſu Chriſte, lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum effunde benedi ✠ ctionem tuam, ſuper hos cereos: & ſancti ✠ fica eos lumine gratiæ tuæ: & concede propitius: vt ſicut hæc luminaria igne viſibili accenſa nocturnas depellunt tenebras: ita corda noſtra inuiſibili igne, id eſt, ſpiritus ſancti ſplēdore illuſtrata, omnium vitiorum cæcitate careant; vt purgato mentis oculo, ea cernere poſsimus: quæ ſunt tibi placita, & noſtræ ſaluti ſunt vtilia: quatenus, poſt huius ſæculi caliginoſa

diſcrimina, ad lucem deficientem peruenire mereamur. Per te Chriſte Ieſu qui viuis, &c.

Hic pauſandum modicum, deinde cantandum in tono præfationis communis.

qui

qui in ter cæ te ras mun danæ con diti o nis crea-
tu ras de liquo re a e re o per a pum ef-
fi ca ci am ce re i prætio ſam fi e ri vo lu-
i ſti ſub ſtanti am, Vt ti bi in de de bi ti ho-
noris famu la tus ex i ſte ret, & nobis v-
ſus ne ceſ ſa ri us pro ue ni ret. Proinde immen-
ſam cle men ti am tuam Domine ſuppli ci tas obſe-
cra mus vt ſu per has candelas bene dictionis

tuę


tu ę mu nus in fun das vt e as omnes in Chriſti
vi cem ma ni bus por tan tes e iuſdem ſacri tu i
ſpiraminis gra ti a qua be a tus Si me on re-
ple tus fu e rat im bui me re an tur. Qui hodier-
na di e v ni ge nitum tuum Dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum lumen æternum à pa ren ti bus in tem-
plo præ ſen ta tum in vl nas ſu as ac ce pit ac
re uelan te Spiri tu ſancto i ta prophetando be-

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne DEVS, qui per Moyſen famulum tuum, puriſſimum olei liquorem, ad luminaria ante conſpectum tuum iugiter concinnanda præparari iuſſiſti, bene✠dictionis tuæ gratiã ſuper hos cereos benignus infunde, quatenus ſic adminiſtrent lumen exterius, vt te donante, lumẽ Spiritus tui noſtris non deſit mentibus interius: Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Hac oratione finita, cerei aqua benedicta aſpergantur, cum his verbis:

Ros cæleſtis perfundat hos cereos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Deinde thure adoleantur & dicatur.

Odor cæleſtis deſcendat ſuper hos cereos & maneat ſemper.

Benedictione peracta cantetur.



C. E. P

LVmen ad reuela ti o nē gen ti um, & glo-



ri am plebis tu æ Iſ ra ël.

NVnc dimittis ſeruum tuum Domine, ſe-

Repetitur Lumen &c. ad ſingulos Verſus.

cundū verbū tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei, ſalutare tuum.

Quod paraſti ante faciē omnium populorū.

Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Hic cerei accenſi diſtribuantur. Primum dignioribus, tum alijs per ordinem; quod dum fit, dicat Sacerdos:

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui vnigenitum tuum ante tempora de te genitum, ſed temporaliter de Maria virgine incarnatum, lumen verum & indeficiens, ad depellendas humani generis tenebras, & ad incendum lumen fidei & veritatis in mundum miſiſti: concede propitius, vt ſicut exterius corporale, ita etiam interius luce ſpirituali mereamur irradiare: Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Antiphona cantanda ad initium proceſsionis in choro.



In ipſa proceſſione cãtetur. C.E.P.

& ho-

& hominem ge nu i ſti, & poſt par tũ virgo in-
uio la ta per man ſi ſti.
VERSVS.
GAbri e lem Archangelũ credimus di ui ni tus te eſ
ſe a ſta tum v terum tu um de Spiritu ſancto
credimus impre gna tum eru be ſcat Iudæus, in-
fæ lix qui di cit Chriſtum ex Io ſeph ſemi ne
eſ ſe na tum.
Repetitur.
Dum virgo Deum, &c.

Alma

C. E. P. Antiph. in reditu ad chorum.

Sequitur

Sequitur Verſus cum collecta.

Verſ. Benedictus qui venit in nomine Domini.

Reſp. Deus Dominus & illuxit nobis.

OREMVS.

DOmine IESV CHRISTE, qui hodierna die in noſtræ carnis ſubſtantia inter homines apparens, à parentibus in templo es præſentatus, quem Simeon venerabilis ſenex, lumine Spiritus tui irradiatus agnouit, ſuſcepit ac benedixit; præſta propitius, vt eiuſdem Spiritus ſancti gratia illuminati atq; edocti, te veraciter agnoſcamus, & fideliter diligamus: qui cum Deo Patre in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti, viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

His ita expletis, ſequitur immediatè Sacrum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

BENEDICTIO CINERVM IN CAPITE ieiunij.

Primo dicat Sacerdos.

Dominus vobiſcum.
Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare ſupplicibus, & mittere dignare ſanctum angelum tuum de cælis, qui bene ✠ dicat & ſancti ✠ ficet cineres iſtos vt ſint remediū ſalutare omnibus nomen ſanctum tuum humiliter implorantibus; ac ſemetipſos pro conſcientia delictorum ſuorū accuſantibus, atq; ante conſpectum diuinæ clementiæ tuæ facinora ſua deplorantibus, vel ſereniſſimam pietatem tuam ſuppliciter obnixeq; flagitantibus, & præſta per inuocationem ſanctiſſimi nominis tui, vt quicunq; eos ſuper ſe aſperſerint pro redemptione peccatorum ſuorum, corporis ſanitatem & animæ tutelam percipiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

OREMVS.

DEVS qui non mortem ſed pœnitentiam deſideras peccatorum, fragilitatem conditionis humanæ benigniſſimè reſpice, & hos cineres quos cauſa proferendæ humilitatis atq; promerendæ veniæ capitibus noſtris imponimus, bene ✠ dicere pro tua pietate dignare, vt qui nos cinerem eſſe, & ob prauitatis noſtræ meritum in puluerem reuerſuros cognoſcimus, Peccatorum omnium veniam & pręmia pœnitentibus, repromiſſa miſericorditer conſequi mereamur, Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

OREMVS.

DEVS qui humiliatione flecteris, & ſatisfactione placaris; aurem tuæ pietatis inclina precibus noſtris; & capitibus ſeruorum tuorum, horum cinerum aſperſione attactis, effunde propitius gratiam tuæ benedi ✠ ctionis, vt eos & Spiritu compūctionis repleas, & quæ iuſtè poſtulauerint, efficaciter tribuas: & conceſſa perpetua ſtabilitate intactos manere decernas. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Niniui-

tis in cinere & cilicio pœnitentibus indulgentiæ tuæ remedia præſtitiſti, concede propitius, vt ſic eos, imitemur habitu, quatenus veniȩ proſequamur obtentu. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Finita benedictione, aqua benedicta cineres aſpergantur & cantetur, Exaudi, &c.

C. E. P.

Gloria patri, additur.

Dum autem præcedentia cantantur, Parochus, ſi alius adſit Sacerdos, flexis genibus ante medium altaris ab eo accipiat cineres, ſi nemo adſit, ſibimetipſi reuerenter imponat prius, ac deinde ad cornu ſiniſtrum altaris, ſcilicet, Epiſtolæ, alijs (niſi maiores præcedere contingat) promiſcuè occurrentibus in principio & fine Miſſæ impertiatur, dicatq; ad ſingulos.

Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Interim cantatur Antipona iſta.

C. E. P.



Qua

Qua finita dicat Sacerdos.

OREMVS.

Flectamus genua.

Reſponſio.

Leuate.

COncede nobis Domine præſidia militiæ Chriſtianæ ſanctis inchoare ieiunijs, vt contra ſpirituales nequitias pugnaturi, continentiæ muniamur auxilijs. Per Dominum noſtrum, Amen.

Impoſitis cineribus jis qui præſentes ſunt fit proceſſio circa ambitum vel Eccleſiam cum Reſponſorijs ſequentibus.



C. A. P.

Domi-

C. E. P.


Domine parce populo tu o
& ne diſ ſi pes o ra clamātium ad
te Do mi ne.
Sancta Ma ri a ſuccurre mi ſe ris
iu ua pu ſil la ni mes re fo ue fle-
bi les o ra pro po pu lo in-
terueni pro clero in tercede pro de uo
to fæ mi ne o ſexu.

Emen-

C. E. P.


Emendemus in me di us quæ ignoran-
ter pec ca ui mus ne ſu bi to pręoc-
cu pa ti di e mortis quæramus ſpaci-
um pœni ten ti æ & in ue ni re non
poſ ſi mus.
Atten de Domi ne & mi ſe re re
qui a pecca ui mus ti-
bi.

Pecca-

His finitis ſequitur Letania, quâ finita ſtatim ſequitur introitus Miſſæ,

Miſerere.

BENEDICTIO PALMARVM.

ADiutorium noſtrum in nomine Domini.

Dominus vobiſcum.

Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DEVS quem diligere & amare iuſtitia eſt ineffabilis gratiæ tuę dona in nobis multiplica: & qui nos feciſti in morte filij tui ſperare quæ credimus, fac nos eodem reſurgente peruenire quo tendimus. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti DEVS per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Legitur ſequens Lectio abſq; titulo.

IN diebus illis: Venerunt filij Iſraël in Helim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ, & caſtra metati ſunt iuxta aquas. Profectiq; ſunt de Helim: & venit omnis multitudo filiorum Iſraël in deſertum Sin, quod eſt inter Helim & Sinai; quintodecimo die menſis ſecundi, poſtquã egreſſi

ſunt de terra Ægypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſraël contra Moyſen & Aaron in ſolitudine. Dixeruntq; ad eos filij Iſraël: Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate. Cur induxiſtis nos per deſertum iſtud, vt occideretis omnẽ multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ecce, ego pluam vobis panem de cœlo. Egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies: vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autem ſexto parent quod inferãt: & ſit duplum quam colligere ſolebant per ſingulos dies. Dixeruntq; Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſraël: Veſpere ſcietis quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam eius. Audiuit enim murmur veſtrũ contra Dominum. Nos enim quid ſumus quia muſſitaſtis contra nos? Et ait Moyſes: Dabit Dominus vobis veſpere carnes edere, & manè panes in ſaturitate: eo quod audierit murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis contra eum. Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed cõtra Dominum. Dixit quoq; Moyſes ad Aaron: Dic vniuerſæ congregationi filiorum

Iſraël,

Iſraël, Accedite corã Domino: audiuit enim murmur veſtrum. Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſraël, reſpexerunt ad ſolitudinem: & ecce gloria Domini apparuit in nube.

Statim ſequitur Reſponſorium.

NE for te ve ni-
ant Ro ma ni & tol lant no-
ſtrum lo cum & gen tem.
VERS.
V nus au tem ex ip ſis Ca i phas no-
mi ne cum eſ ſet põ ti fex an ni il li us
pro phe ta uit di cens.
Verſ.
EX pe dit vo bis vt vnus mo ri a tur
ho mo pro po pu lo & non

Tunc legitur Euangelium ſecundum Marcum.

Dominus vobiſcum.

Et cum Spiritu tuo.

IN illo tempore: Cum appropinquaret Hieroſolymæ & Bethaniæ ad montē oliuarum: miſit Ieſus ex diſcipulis ſuis, & ait illis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt: & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatū ſuper quē nemo adhuc hominum ſedit: ſoluite

illum, & adducite. Et ſi quis vobis dixerit, Quid facitis? dicite, quia Domino neceſſarius eſt: & continuo illum dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & ſoluunt eum. Et quidam de illic ſtantibus dicebant illis, Quid facitis ſoluentes pullum? Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus: & dimiſerunt eis. Et duxerunt pullum ad Ieſum: & imponunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum. Multi autem ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: alij autem cędebant frondes de arboribus, & ſternebant in via. Et qui præibant & qui ſequebantur clamabant, dicentes: Oſanna, benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum quod venit regnũ patris noſtri Dauid, Oſanna in excelſis.

Deinde dicat:

Dominus vobiſcum.

OREMVS.

ADeſto nobis omnipotens Deus, vt quod noſtro miniſtratur officio tuæ benedictionis potius impleatur effectu. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

BENEDICTIO SVPER OLIVAS ET PALMAS, SEV CAETERARVM arborum ramos.

EXORCISMVS.

EXorcizo te omnis creatura florum & fron-

dium, in nomine Pa ✠ tris omnipotentis, & in nomine Ieſu ✠ Chriſti filij eius, & in virtute Spiritus ✠ ſancti. Proinde omnis virtus aduerſarij; omnis exercitus Diaboli; omnis poteſtas inimici; omnis incurſio dæmonum eradicare & explantare ab hac creatura florum & frondium, vt ad Dei gratiam feſtinantium veſtigia non ſequaris. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

OREMVS.

DEus, qui filium tuum vnigenitum pro redemptione noſtra dignatus es dirigere, vt populum tuum ab initio in peccati profundo demerſum, à morte reuocares ad vitam; & chirographo lethali deleto, filij tui gentibus innouares regnum, Deus qui diſperſa congregas, congregata conſeruas: qui populis obuiam Chriſto ramos Palmarum portantibus benedixiſti: bene ✠ dic etiam ramos hos palmæ & arborum, quos tui famuli ad nominis tui benedictionem fideliter ſuſcipiunt: vt in quocunq; loco introducti fuerint, benedictionem tuam conſequantur, vt omni aduerſa valetudine fugata, dextera tua protegat, quos redemit. Per eundē Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum qui tecum viuit

& regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

Cantet alta voce.

pater

Pa ter om ni po tens, æ ter ne De us.
Mun di con di tor, om ni um q; cre a-
tu ra rum mi ra bi lis di ſpo ſi tor
De us, qui in ter ip ſa mun di
pri mor di a, cum ex ni hi-
lo cun cta con de res, li gna quo q;
fru cti fe ra, & di uer ſo v ſu i
con gru a ter ram produ ce re iuſ ſi ſti: ac poſt

male-

maledictum in ter di ctæ arboris, vni uer ſa no bis
per. o be di en ti am v ni ge ni ti fi li j tui in be-
ne di cti o nem con uer ti ſti: Be ne ✠ dic e-
ti am hos mul ti ge na rum ar bo rum ra mos
in ter quas præ ci pu e ar bor o li uæ pingue-
di ne cunctas præ cel lit. Per quam e ti am, cum
mun di cri mi na di lu ui i quondam ex-
pi a ren tur ef fu ſi o ne, co lum ba

ramum

ra mum e iuſ dem de fe rens pa cem ter ræ
red di tam nun ci a uit: nec non & in no cens
turba Spi ri tu ſan cto af fla ta, v ni ge ni to
tu o Do mi no no ſtro IE SV CHRISTO
pro to ti us mun di ſa lu te paſ ſu ro.
ob ui am cur rens, pal ma rum & o li uæ
hu ius ra mos ab ſcin dens, ac ve ſti gi-
is e ius ſub ſter nens iam qua ſi

trium pha to rem de mortis principe o ſten de bat.
Te i gitur Domine ſup pli ci ter de pre ca mur,
vt qui an nu a de uo ti o ne e iuſ dem re dempto-
ris noſtri ſa cra tiſ ſi mam paſ ſi o nem prę ueni re
mi timur, ip ſo adiu uan te palmam victo ri æ
tenentes, at q; o le o miſeri cor di æ intrinſecus
re ful gen tes, in eius ſancta reſurrectione præmi-
um vitæ, & immor ta li ta tis co ro nam per ci pe re

merea-



OREMVS.

DEVS, cuius Filius pro ſalute generis humani de cœlo deſcendit ad terras, & appropinquante hora paſſionis ſuæ Hieroſolymã in aſino ſedens venire, & à turbis rex appellari ac laudari voluit: bene ✠ dicere dignare hos palmarum, cęterarumq; arborum ramos: vt omnes qui eos laturi ſunt, ita bene ✠ dictionis tuæ dono repleantur, quatenus & in hoc ſæculo hoſtis antiqui tentamenta ſupe-

rare, & in futuro cum palma victoriæ & fructu bonorum operum tibi valeant apparere. Per eundem Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui vnigenitum tuum ab Iericho monteq; Oliueti Hieroſolymam direxiſti, cui turba mirabiliter occurrit, alij veſtimenta ſternentes, alij ramos de arboribus cædentes, alij palmas in manibus ſuis deferentes: te obnixis præcibus humiliter deprecamur, vt hęc germina arborum ita ſancti✠ficare digneris, vt loca vbi deportata fuerint ſanctificata efficiantur, quo omnis iniquitas ſeu illuſio dæmonum abſcedat, & tua nos ſemper dextera protegere dignetur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Aſpergantur rami aqua benedicta & diſtribuantur, Interim cantetur Pueri Hebræorum,



liua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si rami non poſsint diſtribui dum cantatur hæc antiphona, repetitur.

OREMVS.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, qui Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum die azymorum ſuper pullum aſinæ ſedere feciſti, & turbas populorum veſtimenta vel ramos arborum in via ſternere, & Oſanna decantare in laudem ipſius docuiſti: da quæſumus, vt illorum innocentiam imitari poſſimus, & eorum meritum conſequi mereamur. Per eundem, &c.

Hic fiat Proceſsio, & cantetur Reſponſorium, Cum appropinquaret.

C.E.P.

ducite

du ci te mi hi ſi quis vos in-
ter ro ga ue rit di ci te o-
pus Do mi ni eit ſol uen-
tes ad du xe runt ad Ie ſum &
im po ſu e runt ſi bi ve ſti-
men ta & ſe dit ſu per e um a li-
i ex pan de bant ve ſti men ta
ſu a in vi a a li i ra mos

C.E.P.


de ar bo ri bus ex ſter ne bant &
qui ſe que ban tur cla ma bant O ſan na
be ne di ctus qui ve nit in no mi ne
Do mi ni, be ne di ctum re gnum pa tris
no ſtri Da uid, O ſan na in ex cel-
ſis, mi ſe re re no bis fi-
li Da uid.

In ſtatione ipſa cantetur **Occurrunt.** Si alibi proceſſio longior fuerit hactenus vſitata, ad populi deuotionē excitandam plura Reſponſoria, vt **Cum audiſſet populus. Ante ſex dies,** &c. addere, arbitrarium erit.

C. E. P.



bi la O ſan na.

Addi poteſt antiphona **Fulgentibus palmis,** &c. ſi tempus ferat.

Deinde Sacerdos flexis genibus accipiat crucem, & cantet

Ô crux, &c. terna vice.

O Crux a ue ſpes v ni ca.

Hoc paſſionis tempo re, Auge pi js iu ſti-

ci am re iſ q; dona ue ni am.

Et vltimo additur Verſus.

Te ſumma Deus trinitas, Reſp. Collaudet omnis Spiritus: quos per crucis myſteriũ ſaluas rege per ſæcula, Amen.

Quo finito Sacerdos cantet.

Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi. Reſp. Quia per crucem tuam redemiſti mundum.

OREMVS.

DA quæſumus omnipotens Deus: vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti tui paſſione reſpiremus. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

Surgens deinde Sacerdos proijciat ramos verſus crucem, Mox abeunte proceſsione inchoetur.

Gloria laus, &c.



C.E.P.

nom:


no mi ne qui in Do mi ni, rex be ne di cte ve nit.
Repetitio.
Cu i pu e ri le.
Cœ tus in ex cel ſis te lau dat cæ li cus omnis, &
mor talis homo & cuncta cre a ta ſimul. Gloria laus
Plebs hebræa ti bi cum palmis ob uia venit cum pre-
ce vo to hymnis, adſu mus ecce ti bi. Cu i, &c.
Hi ti bi paſſu ro ſoluebant munia laudis: nos tibi
re gnanti pangimus ec ce me los. Gloria, &c.



Si non ſufficit Gloria laus, &c. additur in reditu
Reſponſorium Ingrediente, &c.

VERSVS.



i. Cum ramis,&c.

Qua finito addat Collectam.

OREMVS.

ADiuua nos Deus ſalutaris noſter: & ad beneficia recolenda quibus nos inſtaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Sequitur Miſſa ordine ſuo.

IN COENA DOMINI.

TAmetſi ea quæ hodie & cras in Eccleſijs peraguntur, propriè ad hunc AGENDAE librum non ſpectant: tamen ad rituum vniformitatem conciliandam, neceſſarium viſum fuit aliqua pro Parochis annotare.

I.

Hora congruenti pulſentur campanæ ad officium diuinum, & deinceps non ſonent amplius vſq; ad Miſſam in Sabbatho: ſed crepitaculis ligneis interea vtendum erit.

II.

Hodiè officium celebretur ſecundum Miſſale huius Diœceſis, ſi eius ſit copia, ſin minus; Moguntinum ſeruetur, vel aliud, donec proprium diœceſanum edatur.

III.

Duæ quoque hoſtiæ conſecrandæ ſunt, vt vna ſumatur, altera reponatur; quemadmodum etiam minores, pro ijs qui hodie & in ſabbatho ad ſacram communionem venturi ſunt. Qua in re parochus ductum rationis pro numero perſonarum & loci conditione ſequetur.

IIII.

Peracto diuino officio & lectis vel cantatis de more veſperis denudentur altaria vſq; in Sabbathum, & Parochus aſpergillo tenui vel quouis alio herbarum aut virgultorum faſciculo planitiem eorum hinc inde lauet aqua primum, deinde vino fricet thureq; adoleat, recitando de memoria aliquem Pſalmum pœnitentialem.

IN PARASCEVE ORDO OFFICII TALIS ERIT.

POſt Nonam paruum linteum ponatur ſuper altare. Deinde Sacerdos indutus ſacris veſtibus & caſula nigra accedens altare non dicat. Confiteor, &c. ſed tantum oſculetur altare & legatur Lectio ſine titulo. In tribulatione ſua, &c. prout in Miſſali vſque ad finem Paſsionis, &c. & Collectarum.

Deinde notandũ illud, quod dicitur ante genuflexionẽ non eſſe orationem ſed exhortationem ad orandũ, & oſtenſio pro quibus oremus, ſicut patet intuenti Miſſale. Finitis autem Collectis, Parochus vel cum Miniſtris, ſi adſint, vadit ad ſacriſtiam, calceoſq; deponit, & ad ſalutandam crucem venit, in loco conſueto, in quo crux ſit caſulâ velata: Portando autem crucem incipiat vel ſolus vel cum Miniſtris ſequentẽ verſum, in cuius fine aliquantulum procedat.



C.E.P.

paras

pa ra ſti cru cem ſalua to ri tu o.
Reſpondent duo pueri vel alij
C. E. P.
HAgi os Hotheos Ha gi os Is chy ros
Ha gi os a thana thos e ley
ſon hy mas.
Chorus cantet
Sanctus De-
us, Sanctus for tis, ſan ctus & im-
mortalis mi ſe re re no bis.
Parochus paululum progrediendo iterū cantet.
Qui a e duxi te per de ſer tū qua dra-
gin ta an nos & man na ci ba ui te, & in-

Reſpondent iterum pueri HAgios, &c. Et Chorus cantet, Sanctus, &c. Parochus denuò procedens tertium Verſum cantet.

C. E. P.



Notandum quando tertia vice Chorus canit Sanctus, ſanctus, &c. omnes ad eam verſi flexis genibus veniam petunt. Deinde velamen caſula tollitur & totus crucifixus oſtenditur ac cantatur.

Reſpondet Chorus. C.E.P.

ECce li gnum cru cis, &c.

IN quo ſa lus mun di pe pen dit

PSALMVS.

ve ni te a do re mus.



DEus mi ſe re a tur noſtri & be ne di cat



no bis il lu mi net vul tum ſu um ſu per nos



& mi ſe re a tur noſtri Ecce li gnum cru cis



Vt co gno ſca mus in ter ra vi am tu am in om-

Hic ſuper tapetem, qui in choro ſternetur ponetur crux, & Parochus eam diſcalceatus primo ac proſtratus in faciem deoſculabitur. Deinde Miniſtri ac cætera per ordinem turba. Interea cantetur.



Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobi- C. E. P.

lis: nulla ſylua talem profert fronde, flore,

germine. Dulce lignũ, dulces clauos, dulce põdus ſuſtinet.



Pange lingua glorioſi prȩlium certaminis, & ſuper crucis trophæum dic triumphum nobilem, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

De parentis protoplaſti fraude factor condolens, quando pomi noxialis morſu in mortem corruit, ipſe lignum tunc notauit, damna ligni vt ſolueret.

Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret, & medelã ferret inde, hoſtis vnde lȩſerat

Quando venit ergo ſacri plenitudo temporis, miſſus eſt ab arce patris natus, orbis conditor, atque ventre virginali carne factus prodijt.

Vagit infans inter arcta conditus pręſepia, membra pānis inuoluta virgo mater alligat, & pedes manuſq; crura, ſtricta cingit faſcia.

Luſtra ſex qui iam peracta tempus implens corporis, ſe volente natus ad ho ¯, paſſioni deditus, agnus in cruce leuatur, immolandus ſtipite.

Hic acetū, fel, arundo, ſputa, claui: lancea mite corpus perforatur: ſanguis, vnda profluit: terra, pōtus, aſtra, mūdus quo lauātur flumine.

Flecte ramos arbor alta, tenſa laxa viſcera, & rigor lenteſcat ille, quem dedit natiuitas, vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite.

Sola digna tu fuiſti ferre precium ſæculi, atq; portum præparare nauta mundo naufrago, quam ſacer cruor perunxit fuſus agni corpore.

Gloria æterno patri, pro ſalute poſito, gloria vnico eius, qui creauit omnia, & ſpiritui ſancto in ſempiterna ſæcula. Amen.

C.E.P.



ce ma-


ce ma gna tra di dit Spi ri-
tum & ec ce velum templi ſciſ ſum & mo-
numenta a per ta ſunt terræ motus
e nim factus eſt magnusqui
a mortē fili j De i clama bat
mundus ſe ſuſtine re non poſ ſe a per-
to er go lancea mi li tis la te re cru-
ci fi xi Do mi ni ex i uit ſan guis

& a qua in redempti o nem ta lu-
tis no- ſtræ.
O ad mi ra bi le preci um cu ius
pon de re ca pti ui tas re-
dempta eſt mundi tar ta re a con fra cta ſunt
clauſtra in ferni aperta eſt no bis ia nu a
re
gni.

VERS.

His

His finitis canitur Media vita.

His peractis Parochus calceamenta reſumat: & eo loco, in quo pridie poſitum fuit corpus Domini aſportetur, reſumpta caſula, ad altare, & calix præparetur; fiatq; Miſſ. cum Veſperis, prout in Miſſali.

Poſt hæc crux ad ſepulchrum defertur, interim cantetur ſubſequentia Reponſoria.


SIcut ouis ad occi ſi o nem du ctus
eſt & dum ma le tractare tur non
a pe ru it os ſu um trā di tus
eſt ad mor tem vt vi uifi ca ret po-
pu lum ſu um.
VERSVS.
In pa ce fa ctus, eſt lo cus e ius
& in Si on ha bita ti o e ius.
Tra di tus eſt, &c.

RESPON.

Reſpōſ.



Reſpōſ.

ſi ne ad iu to ri o in ter mor-
tu os li ber.
VERS.
ET ſi cut vul ne ra ti dor mi en tes
pro ie cti in mo nu mentis quo rum non
es me mor am pli us & ip ſi de
ma nu tu a re pul ſi ſunt.
In diſceſſu à ſepulchro cantetur ſequens Reſponſorium.
Fa ctus ſum ſi cut
Reſpōſ.
SE pul to Do mi no ſi gnatum eſt mo nu-


men tum vol uen tes la pi-
dem ad o ſti um monumen ti po nen-
tes mi li tes ut cuſtodi rent
il lum. N e for te ve ni ant diſ-
VERS.
ci pu li e ius & fu ren tur e um & di cent
ple bi ſur re xit à mor tu is.
Illo finito cantetur.
Tenebrę factæ ſunt.
P Onen tes, &c.
T Enebræ fa ctæ ſunt dum cru ci fi xiſ ſent

Ie ſum Iu dæ i & cir-
ca ho ram no nam ex cla ma bat
Ie ſus vo ce ma gna
De us De us vt quid me de re li qui-
ſti & in cli na to ca pi te emi ſit ſpi-
ri tum. Tunc v nus ex mi li ti bus lã ce-
a la tu ſe ius per fo ra uit & continuo
exi uit ſan guis & a qua.

Et

VERSVS.

Cantato Reſponſorio ſequitur Verſus.

Proprio filio ſuo non pepercit Deus.

Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

OREMVS.

DOmine IEſu Chriſte fili Dei viui, qui pro ſalute mundi in cruce felle & aceto potatus es: ſicut tu cõſummatis omnibus in cruce expirans, in manus patris commendaſti Spiritum tuum. Sic & in hora mortis noſtræ, in manus tuæ pietatis commendamus animas noſtras, vt eas in pace ſuſcipias, & electorum tuorum choris aggregari præcipias: Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſeculorum.

AMEN.

IN SABBATHO SANCTO.

MAñe ornentur altaria pallis & linteis benè lotis. Baptiſterium euacuetur & purgetur, & aqua recens benedicenda infundatur. Omnia quoque lumina ſint extincta. Poſtea hora competendi Parochus induat ſe ſacerdotalibus veſtimentis præter caſulam & prælata cruce ac duobus vexillis aſſumptaq; aqua benedicta & incenſo vadat ad locum vbi paratus eſt nouus ignis è ſilice excuſſus atq; ibidem legãtur Septem pſalmi pœnitentiales ſine **Gloria patri**, &c. His ſubiungantur Litaniȩ vel cantando vel legendo vſq; ad verſum **Vt nos exaudire digneris**, excluſiue; & ſtatim Parochus hunc verſum interponat **Vt ignem iſtum bene ✠ dicere & conſecrare digneris;** quo ter repetito ſubiungatur tandem ille. **Vt nos exaudire dign.** vſq; ad finem. Finitis Litaniis Parochus benedicat ignem, dicens:

Dominus vobiſcum.

Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DEVS qui per filium tuum angularem ſcilicet lapidem charitatis tuæ tuis fidelibus ignem contuliſti, productum è ſilice, noſtris profuturum vſibus nouum hunc ignem ſancti ✠ fica, & concede nobis ita per hæc feſta Paſchalia cęleſtibus deſiderijs inflammari, vt ad perpetuæ charitatis puris mentibus valeamus feſta pertingere. Per Dominum, &c.

ORE-

OREMVS.

DOmine Deus noſter pater omnipotens exaudi nos lumen indeficiens, tu es ſancte conditor omnium luminum, bene ✠ dic Domine hoc lumen quod à te ſanctificatur atq; benedicitur tu illuminaſti omnem mundum, quæſumus, vt ab eo lumine accendamur & illuminemur igne claritatis tuæ, vt ſicut igne illuminaſti Moyſen, ita illumines corda & ſenſus noſtros, vt ad vitam ęternam peruenire mereamur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Amen.

OREMVS.

DOmine ſancte Pater omnipotens æterne Deus bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris ignem iſtum, quemq; nos indigni per inuocationē vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti benedicere præſumimus, tu clementiſſime tua benedi ✠ ctione ſanctifica & ad profectum humani generis prouenire concede. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Sequitur Hymnus.



C.E.F.

INuentor rutuli dux bone luminis

qui

C.E.P

Quamuis innumero ſidere regiã, lunariq; polum lampade pinxeris incuſſu ſiluis lumina nos tamen monſtrans, ſaxigeno ſemine quærere. Merſo ſole.

Ne neſciret homo ſpem ſibi luminis in Chriſto ſolido corpore conditam qui dici ſtabilem, ſe voluit petram, noſtris igniculis vndegenus venit. Inuentor, &c.

Pingui quos olei rore madentibus lychnis ac faſcibus paſcimus aridis, quin & fila fauis ſcirpea floreis preſſo melle prius collita fingimus. Merſo ſole, &c.

Viuax flamma viget, ſeu caua teſtula ſuccũ

linteolo ſuggeris ebrio ſeu pinus piceam fert alimoniā ſeu cerā teretem ſtuppa calens bibit.

Ores digna Deus quam tibi roſcide noctis principio grex tuus offerat lucē, quam tribuis nil p̄tioſius luce qua reliqua p̄mia cernimus.

Quo finito Parochus vel Sacellanus eius in habitu Diaconi accedat ad benedictionem cerei Paſchalis.

C.r.p.



Lętetur

Læ te tur & mater Ec cleſi a tanti lu mi nis adorna-
ta ful go ri bus & magis populorũ vo ci bus hæc
au la re ſul tet. Quapropter a ſtan tes
vos fratres charißimi ad tam mirã ſancti hu ius lumi-
nis claritatem vna mecũ quæſo De i omnipotẽtis mi-
ſericordiã inuocate vt qui me nõ meis meritis intra le-
ui ta rum numerũ dignatus eſt aggre ga re lu mi nis ſu i gratiam in
fundendo ce re i hu ius lau dem implere præ ci pi at.

Per

Per Do mi num no ſtrū Ie ſum Chriſtū fi li um e ius
qui cū e o vi uit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus.
Per om ni a ſæ cu la ſæ cu lo rum. Amen.
DOmi nus vo biſ cum. SVr ſum cor da.
Grati as aga mus Do mi no De o no ſtro.
VEre qui a dignum & iu ſtum eſt in ui ſi bi lē Deum omnipotentem
patrem fi li um q; e ius v ni ge ni tū Dominū no ſtrū Ie ſum Chriſtum
toto cordis ac mētis āf fe ctu & vocis mi ni ſte ri o per ſo na re.

Qui pro nobis æter no pa tri A dæ de bi tū ſol uit
& ve te ris pi a cu li cau ti o nem pi o cru o re de ter ſit.
Hęc ſunt enim feſta Paſcha li a in quibus verus il le
agnus oc ci di tur eiuſq; ſanguine poſtes con ſecrantur.
Hæc nox eſt in qua primum patres noſtros fi-
li os I ſra el e du xi ſti de Ae gy pto quos po-
ſte a rubrū mare ſicco veſtigio trāſi re fe ci ſti.
Hæc i gi tur nox eſt quæ peccatorum te ne bras


co lum næ il lu mi na ti o ne pur ga tur.
Hæc nox eſt quæ ho die per vniuerſum mundú in
Chriſtú cre dé tes à vi ti is ſæculi & caligine peccatorú ſe-
gre ga tos reddit gra ti æ ſo ci at q; ſan cti ta te.
Hæc nox eſt in qua deſtru ctis vin cu lis mor-
tis Chriſtus ab in fe ris vi ctor aſ cen dit.
Ni hil e nim no bis naſci pro fu it ni ſi re-
di mi pro fuiſ ſet. O mi ra cir ca nos tu æ

pi e ta tis di gna ti o. O in æ-
ſti ma bi lis di le cti o cha ri ta tis vt
ſer uum re di me res fi li um tra di di ſti.
O ve re be a ta nox quæ ſo la me ruit ſcire tem-
pus & ho rá in qua Chriſtus ab in fe ris re ſur re xit.
Hæc nox eſt de qua ſcriptú eſt. Et nox vt dies il lu-
mi na bi tur & nox il lu mi na ti o me a in de-
me is. H uius i gitur ſancti fi ca ti o.

Domi-

no ctis fu gat ſce le ra cul pas la uat & red dit
innocé ti am lap ſis mœ ſtis læ ti ciá. Fugat o-
di a concordiam pa rat & curuat im pe ri a.
Hic 5. grana thuris imponat is qui be- nedicit cereum.
IN huius i gi tur noctis gra ti a.
ſuſ ci pe ſan cte pater in cen ſi huius ſa cri fi cium veſ-
per ti nũ quod tibi in hac ce rei obla ti o ne ſo-
lemni per miniſtrorũ ma nus de o pe ri bus a pum
ſacroſancta red dit Eccleſi a. Sed iam columnæ

huius prçconi a no ui mus quam in honorem Dei
Hic accendatur à benedicendo.
ru ti lans i gnis ac cen dit.
Qui li cet di ui ſus in par tes mutu a ti lu mi nis
de trimenta non nouit. A li tur li quen ti bus
ce ris quas in ſub ſtan ti am pre ci o ſæ hu-
ius lam pa dis a pis ma ter e du xit.
O ve re be a ta nox quæ ex ſpo li a-
uit Ae gy pti os di ta uit he bræ os.

Nox in qua ter renis cæ le ſti a humanis di-
ui na iungun tur. Ora mus er go te
Do mi ne vt ce re us i ſte in ho no rem nomi-
nis tu i conſecra tus ad noctis hu ius ca li-
gi nem deſtru an dam in de fi ci ens per ſe ue-
ret at que in o do rem ſu a ui ta tis ac ceptus
ſu per nis lu mi na ri bus mi ſce a tur.
Flammas e ius Luci fer matu ti nus in ue ni at.

I lle ia quam Lu ci fer qui ne ſcit oc ca ſum.
I lle qui regreſſus ab in fe ris humano generi ſe-
re nus il lu xit. P recamur er go te Do mi ne
vt nos fa mu los tu os & omnem clerum &
deuo tiſsimũ po pu lum v na cum Papa noſtro N.
& glo ri o ſiſ ſimo Impe ra to re noſtro N.
& ve ne ra bi li an tiſti te no ſtro N.
cunctoq; populo Chri ſti a no qui e te tem po rum

con-

Finita benedictione ſequatur Lectio ſine titulo.

IN principio creauit Deus cęlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua: & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Dixit Deus. Fiat lux: & facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quod eſſet bona: & diuiſit lucem ac tenebras. Appellauitq; lucem diem: & tenebras noctem. Factumq; eſt veſpere & mane dies vnus. Dixit quoque

Deus. Fiat firmamentum in medio aquarum & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum: diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. Vocauitque DEVS firmamentum cælum: & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus. Dixit verò DEVS. Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum: & appareat arida. Factumque eſt ita. Et vocauit DEVS aridam terram: & congregationes aquarum appellauit maria. Et vidit DEVS quod eſſet bonum, & ait. Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen: & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem & afferentem ſemen iuxta genus ſuum: lignumque faciens fructum & habens ſementem vnumquodque ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit DEVS quod eſſet bonum: factumq; eſt veſpere & mane dies tertius. Dixit autem DEVS. Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem: & ſint inſigna & tempora & dies & annos, & luceant in firmamēto cæli: & illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitque DEVS duo magna

luminaria: luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti: & ſtellas, & poſuit eas DEVS in firmamento cœli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti: & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit DEVS quod eſſet bonum: factumque eſt veſpere & mane dies quartus. Dixit etiam Deus. Producāt aquæ reptile animæ viuentis & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli. Creauitq; Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atq; motabilem quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas: & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus quod eſſet bonum: benedixitq; eis dicens. Creſcite & multiplicamini & replete aquas maris: aueſq; multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt veſpere & mane dies quintus. Dixit quoq; Deus. Producat terra animam viuentē in genere ſuo: iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundū ſpecies ſuas. Factūq; eſt ita. Et fecit Deus beſtias terrę ſecundū ſpecies ſuas: & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit Deus quod eſſet bonū: & ait. Faciamus hominē ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs vniuerſæ terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem

ginem Dei creauit illum: maſculum & fœminam creauit eos. Benedixitq; illis Deus & ait. Creſcite & multiplicamini & replete terram & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris & volatilibus cæli: & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Dixitq; DEVS. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam & cunctis animantibus terrę, omniq; volucri cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditq; Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et factũ eſt mane & veſpere dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cæli & terra & omnis ornatus eorum: cõpleuitq; Deus die ſeptimo opus ſuũ quod fecerat, & requieuit die ſeptimo ab omni opere ſuo quod patrarat.

Qua perlecta dicat Sacerdos tantum Oremus. & ſic fiet ad omnes ſubſequentes orationes. Non dicitur Dominus vobiſcum. nec Flectamus genua.

ORATIO

DEus qui mirabiliter hominem creaſti, & mirabilius redemiſti, da nobis quæſumus contra oblectamenta peccati. mentis ratione reſiſtere: vt mereamur ad gaudia æterna peruenire. Per Dominum noſtrum.

Sequitur alia Lectio ſine titulo.

FActum eſt in vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis: interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo Ægyptij. Fugiamus Iſraëlem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moyſen. Extende manum tuam ſuper mare vt reuertãtur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & equites eorum. Cumq; extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum: fugientibuſq; Ægyptijs occurrerũt aquæ & inuoluit Dominus, eos in medijs fluctibus. Reuerſæq; ſunt aquæ & cooperuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis: qui ſequentes ingreſſi fuerant mare, nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij autem Iſraël perrexerunt per medium ſicci maris: & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris. Liberauitq; Dominus in die illo Iſraël de manu Aegyptiorum, & viderunt Aegyptios mortuos ſuper litus maris: & manum magnam quam exercuerat Dominus cõtra eos. Metuitq; populus Dominum, & crediderũt Domino & Moyſi ſeruo eius. Tunc cecinit Moyſes & filij Iſraël carmen hoc Domino & dixerunt.

Sequitur tractus.

Ante mus Do mi no glori o ſe e-
nim honori fi ca tus eſt
e quum & aſcenſo rem proie cit
in ma re adiu tor & pro-
VERS.
te ctor factus eſt mi hi in ſa lu tem.
VERS.
Hic De us meus & honorificabo e-
um Deus patris me i
VERS.
& ex al ta bo e um.

VERSVS.



OREMVS.

DEVS cuius antiqua miracula in præſenti quoque ſæculo coruſcare ſentimus: præſta quæſumus, vt ſicut priorem populum ab Ægyptijs liberaſti: hoc ad ſalutem gentium per aquas baptiſmatis opereris. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Alia Lectio ſine titulo.

APprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa dicentes. Panem noſtrum comedemus: & veſtimentis noſtris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos: aufer obprobrinm noſtrum. In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria: & fructus terræ ſublimis, & exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſraël. Et erit

omnis qui relictus fuerit in Sion & reſiduus in Ieruſalē: ſanctus vocabitur omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalem. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Ieruſalem lauerit de medio eius: in Spiritu Iudicij & ſpiritu ardoris. Et creauit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus eſt nubem per diem & fumum, & ſplēdorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio & tabernaculū erit: in vmbraculum diei ab æſtu & in ſecuritatem: & in abſconſionem à turbine & à pluuia.

Tractus.

C. E. P.

reth

OREMVS.

DEVS qui nos ad celebrandum paſchale Sacramentum vtriuſq; teſtamenti paginis inſtruis, da nobis intelligere miſericordiam tuam: vt ex perceptione præſentium munerum firma ſit expectatio futurorum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Vltima Lectio ſine titulo.

HAec eſt hæreditas ſeruorum Domini, & iuſtitia eorũ apud me dicit Dominus. Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui nõ habetis argentũ properate emite & comedite. Venite emite abſq; argento & abſq; vlla commutatione: vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus: & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me & comedite bonum: & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram & venite ad me: audite & viuet anima veſtra. Et feriam vobiſcum pactum ſempiternum: miſericordias Dauid fidelis. Ecce teſtem populis dedi ei: ducẽ & pręceptorẽ gentibus. Ecce gẽtẽ quã neſciebas vocabis: & gentes quæ te nõ cognouerunt ad te current, propter Dominũ Deum tuum & ſanctum Iſrael, quia glorificabit te. Quærite Dominum dum inueniri poteſt: inuocate eum dum propè eſt. Derelinquat impius viam ſuam: & vir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur ad Dominum & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum quoniã multus eſt ad ignoſcendum. Non enim cogitationes meæ cogitationes veſtræ: neq; viæ meæ viæ veſtræ dicit Dominus, quia ſicut exaltantur cœli à terrà, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & cogitationes meæ à

cogi-

cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram & infundit eā, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti & panem comedenti: ſic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Dicit Dominus omnipotens.

OREMVS.

DEVS qui Eccleſiam tuam ſuper gentium vocatione multiplicas, concede propitius, vt quos aquâ baptiſmatis abluis cōtinua protectione tuearis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum, &c.

TRACTVS.




ad De um vi uum quan do
ve ni am & ap pa re bo
ante fa ci em De i me i
Fu e runt mi hi lachry,
mæ me æ pa nes di e ac no
&c.

OREMVS.

Concede quæſumus omnipotens Deus vt qui feſta paſchalia agimus cæleſtibus deſiderijs accenſi, fontem vitæ ſitiamus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Tunc procedant ad fontem cantando ſequentem Hymnum.

Suppli-

Supplicate Chriſto regi cætus Apoſtoli-

ci ſupplicetq; per magno rũ ſanguis fuſus

martyrum. Rex ſanctorum.

Implorate confeſſores, conſonæq; virgines quo donetur magnæ nobis tẽpus indulgentiæ. Totum mundum.

Omnes Sancti atq; iuſti, nos precamur cernui: vt purgetur crimẽ omne veſtro ſub oramine. Rex Sanctorum.

Huius Chriſte rector alme plebis vota ſuſcipe: qui plaſmaſti prothoplaſtum & genus gignentium. Totum mundum.

Fac in terra fontis huius ſacratum myſterium qui profluxit cum cruore ſacro Chriſti corpore. Rex Sanctorum.

Mitte Sanctum nunc amborum Spiritum paraclitum in hanc plebem, quam recentem fons baptiſmi parturit. Totum mundum.

Vt lætetur mater ſancta tota nunc Eccleſia ex profectu renaſcentis tantæ multitudinis. Rex ſanctorum.

Præſta patris atque nati compar ſancte ſpiritus, vt te ſolum ſemper omni diligamus tempore. Totum mundum.

Rex ſanctorum angelorum, totum mundum adiuua.

Verſibus finitis vadat Sacerdos iuxta fontem ſtare, & dicat: Credo in vnum.



Cre do in v num De um.

Quo finito dicat:

Domine apud te eſt fons vitæ.

Et in lumine tuo videbimus lumen.

Dominus vobiſcum.

OREMVS.

Omnipotens ſempiterne Deus, adeſto magnæ pietatis tuæ miſterijs, adeſto Sacramentis, & ad creandos nouos populos quos tibi fons baptiſmatis parturit Spiritum adoptionis emitte, vt quod noſtræ humilitatis gerẽdum eſt miſterio tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Hic eleuet vocem.

Domine

Domine ſancte Pater omnipotens æter næ De us.
Qui inuiſibili po ten t ia tu a Sacramentorum tuorum
mirabili ter o pe ra ris effe ctu. Et li cet nos tan-
tis myſte ri is exequendis ſimus in digni tu tamen
gra ti æ tu æ dona non deſerens eti am ad noſtras
pre ces au res tu æ pi e ta tis in cli nas.
Deus cu ius Spiritus ſuper aquas in ter ip ſa mundi
pri mor di a fe re ba tur. vt iam tunc vir tu tem

ſan ctifi ca ti o nis aquarum na tu ra con ci peret.
DE us qui nocentis mundi cri mi na per aquas re-
genera ti o nis ſpe ci em in ip ſa di lu uii ef fu ſi-
o ne ſi gna ſti vt v ni us eiuſdemq; elemen ti my-
ſterio & fi nis eſſet vi tiis & ori go vir tu tibus.
Reſpice Domine in faciem Eccle ſiæ tu æ.
& multiplica in e a regenerationes tu as qui grati-
æ tu æ affluentis im pe tu læ ti fi cas ciuitatem tu am.

con-

fontemq; baptiſmatis a pe ris toto or be terrarum
gentibus innouandis: vt tu æ ma ieſtatis im pe-
ri o ſumat vnigeni ti tu i gratiam de Spi ri tu
Hic diuide aquam cum manu in modum crucis.
ſan cto. Qui hanc a-
quam re ge ne rãdis ho mi ni bus pre pa ra tam ar ca na
ſu i lu mi nis ad mix ti o ne fœ cun det vt ſancti-
fi ca ti o ne concepta ab immaculato di ui ni fontis v-
tero in nouã renata crea tu ram pro ge ni es cæle-

ſtis emergat E t quos aut ſexus in corpore aut æ tas
diſcernit in tempo re omnes in vnā pa ri at gra ti a ma ter
in fan tiũm Procul er go hinc iubente te Domine
omnis ſpiritus immũdus abſcedat : procul tota nequitia
di a bo li cæ fraudis ab ſi ſtat N i hil hic lo ci ha be at con-
tra ri æ vir tu tis admix ti o : non inſidiando circumuo-
let, non latrando ſub re pat nõ in fi cien do corrumpat.
Sit hæc ſancta ✠ & in no cens cre a tu ra li be ra ab

omni impugnato ris in cur ſu & to tius ne qui-
tiæ pur ga ta diſ ceſ ſu Sit fons ✠ vi uus
Aqua ✠ re ge ne rãs, Vnda ✠ pu ri fi cans
Vt omnes hoc la ua cro ſa lu ti fe ro di lu en di ope-
rante in e is Spi ri tu ſancto, perfectæ pur ga tio-
nis in dulgen tiam conſequantur. Vnde bene ✠
dico te crea tu ra aquæ per Deum ✠ viuum
Per Deũ ✠ verũ Per Deũ ✠ ſanctũ Per Deum

qui te in prin ci pi o verbo ſe pa ra uit ab a rida
cuius Spi ri tus ſu per te fe re ba tur : in mundi crea-
ti o ne Qui te de pa ra di ſo e ma na re
Hic aquam in manu tua de fonte eijce in modum huius figuræ:
& in qua tu or flu-
minibus totã terram ri ga re præ cepit Qui te in
de ſer to a maram ſu a ui ta te in di ta fe cit eſſe po-
ta bilem & ſi tien ti populo de petra produxit.
Bene dico te & per Ieſum Chriſtum fi li um

e ius v ni cum Do mi num
no ſtrum Qui te in Cana
Galileæ ſi gno ad mi ra bi li ſu a po ten ti-
a cõuertit in vi nũ. Qui pedibus ſuper te ambu-
la uit & à Ioanne in Iordane in te ba ptiza tus eſt.
Qui te vna cum ſanguine de la te re ſu o
pro du xit, & diſ ci pu lis ſu is iuſ ſit
vt cre den tes bapti za ren tur in te, di cens:

Ite docete omnes gentes baptizantes eos in no-

mine patris & filij & ſpiritu ſancto.

Hic mutat vocem quaſi lectionem legens.

HAec nobis præcepta ſeruantibus tu Deus omnipotens clemens adeſto: tu benignus aſpira, tu has ſimplices aquas tuo ore bene ✠ dicito: vt præter naturalē emundationem, quàm lauandis poſsint exhibere corporibus, ſint etiam purificandis mentibus efficaces.

Hic ponatur cereus in aquam & cum impoſitus fuerit Sacerdos altius ſolito cantet.



Deſcendat in hanc plenitudinem fontis virtus ſpi-

ritus tui.

Deinde anhelet in aquam, in modū huius figuræ cantando.

Totamq; huius aquę ſubſtātiam regenerandi fœ-

cun-

Hic extrahat cereũ de fonte & rurſum imponat & petat Deſcendat. &c. idq; faciat tertiò.



Qui tecum viuit & regnat Deus in v ni tate Spiri-



tus ſan cti Per omnia ſæ cu la ſæ cu lo rum.



Tunc extrahatur cereus de fonte & Sacerdos fundat Chryſma in aquam cum pollice faciendo ſignũ crucis & dicendo:

A men.

Sanctifi ✠ cetur & fœcun ✠ detur fons ✠ iſte in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen.

Baptizatis infantibus (ſi baptizandi præſentes fuerint) regrediantur de fonte cum Litania.



ter. Kyri e eley ſon. Chriſte e ley ſon.

Chriſte audi nos.

Sancta Maria ora pro nobis. ter.
Sancte Michaël ora pro nobis.
Sancte Gabriel ora pro nobis.
Sancte Raphaël ora pro nobis.

Sancte

Sancte
Iohannes
Petre
Paule
Andrea

Sancte
Iacobe
Iohannes
Thoma
Iacobe
Philippe

Sancte
Bartholomæe
Matthæe
Simon
Thadæe

Sancte
Matthia
Luca
Marce
Barnaba

Ora pro nobis.

Sancte
Stephane ter
Kiliane ter
Valentine ter

Sancte
Fœlix
Philippe
Fœliciane
Bernharde

Sancte
Alexander
Corneli
Cipriane
Laurenti
Hipolite

Coſma
Damiane
Sancte Vite
Iuſtine
Quintine
Georgi
Sancte Hilari
Martine
Altius Libori ter
Menolphe
Sancte Nicolae
Godeharde
Huperte
Gregori
Sancte Auguſtine — Ora pro nobis.
Ambroſi
Hieronyme
Benedicte
Sancte Silueſter
Leo ter
Donate
Autberte
Sancte Remigi
Soter.
Fælicitas
Perpetua
Sancta Petronilla
Agatha
Agnes

Sancta { Cecilia, Lucia, Anaſtaſia, Saturnina, Puſinna, Margareta, Brigida, Barbara, Vvalpurgis, Dympna, Maria Magdalena, Catharina } ter Ora pro nobis.

Cecilia,
Lucia,
Anaſtaſia,
Saturnina,
Puſinna,
Margareta,
Brigida, ter
Barbara,
Vvalpurgis
Dympna,
Maria Magdalena,
Catharina,

Omnes Sancti orate pro nobis.

Propitius eſto, parce nobis Domine.
Propitius eſto, libera nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab hoſte malo, libera nos Domine.
Ab ira tua, libera nos Domine.
A periculo mortis, libera nos Domine.
A ſubitanea & improuiſa morte, libera nos.
A morte perpetua, libera nos Domine.
Per crucem tuam, libera nos Domine. ter.



Peccatores te rogamus audi nos.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Vt pacem nobis dones te rogamus audi nos.
Vt ſanitatem nobis dones. Te rogamus.
Vt aëris temperiem nobis dones. Te rog.
Vt abundantiam frugum nobis dones. Te
Vt Dominum Apoſtolicum & omnes paſtores Eccleſiæ in ſancta religione conſeruare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt regem noſtrum perpetua proſperitate cōſeruare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt antiſtitem noſtrum & cunctam congregationem ſanctæ Mariæ in tuo ſancto ſeruitio conſeruare digneris. Te rogamus.
Vt nos exaudire digneris. Te rogamus.
Fili Dei, Te rogamus audi nos.



Agne dei ꝗ tollis peccata mūdi dona nobis pacē.
Agne Dei qui tollis peccata mundi parce nobis Domine.
Agne Dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis.
Chriſte audi nos. ter.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

***

BENEDICTIO SEGETVM ET SEMINVM IN FESTO S. Marci & diebus rogationum.

IN feſto S. Marci, Sacerdos benedicturus, ſegeres, exiens cum clericis & populo in agrum; pręcedente cruce & cereis, ſuperpelliceo & ſtola ornatus; incipiat Litaniam, ſicut habetur infra. Qua finita, dicat.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Aue Maria.

Verſ. Domine exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

PIetatem tuam quæſumus, omnipotẽs Deus, vt has primitias creaturæ, quas aëris & pluuiæ temperamento nutrire dignatus es, bene✠dictionis tuæ imbre perfundas: tribuas populo tuo, de tuis muneribus, tibi ſemper gratias agere: & à ſterilitate terrę eſurientium animas bonis affluentibus repleas: vt egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne DEVS, arbiter throni: qui molem terræ ex nihilo pendentem gubernas, & ad victum humani generis, corporiſq; ſuſtentationem, agros operibus excolere iuſſiſti: miſericordiam tuam ſupplices exoramus, vt quicquid in hos agros ſalubris ſeminis ſatum atq; plantatum eſt, reſpectu tuæ clementiæ proſpicias: & aëris temperiē moderare digneris: vt refecto atq; abſorpto omnium tribulorū, atq; ſpinarum ſqualore, efficias fruges fœcundas, & ad maturitatem perfectam tribuas prouenire: vt nos famuli tui vberem tuorum donorum fructū, cum gratiarum actione percipientes, debitas atq; acceptas nomini tuo laudes referre mereamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Reſp. Amen.

OREMVS.

TE Domine petimus ac rogamus, vt hos fructus ſeminum, frugum, frumenti, ſilignis, hordei, auenæ, ac aliorum cuiuſcunq; generis exiſtant, tuis oculis ſerenis, hilariq; vultu reſpicere digneris. Sicut enim teſtatus es Moyſi famulo tuo in terra Ægypti dicens: Dic filijs Iſraël cum ingreſſi fuerint terrā promiſſionis, quam eis daturus ſum: vt primitias

fru-

frugum offerant Sacerdotibus: & erunt benedictæ fruges: ita & nos oramus te, Domine: vt auxilium gratiæ tuæ ſuper nos, & hos fructus ad bene ✠ dicendum, proferendum concedas: vt non grando ſurripiat, non turbo ſubuertat, nec vis tempeſtatis detruncet, aëris ſiccitas exurat: non inundatio pluuialis exterminet, ſed incolumes & ſuperabundantes propter vſum hominum ad pleniſſimã maturitatem perducere digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

OREMVS.

DOmine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus: mitte Spiritum ſanctum tuũ cum Angelis & Archangelis tuis, & cum eis omnes Sanctos, & electos tuos: vt defendant ſegetes noſtras á vermibus malis & ab auibus, vt magnificetur nomen tuum. Deus in omni loco. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum, &c. Reſp. Amen

Deinde Sacerdos circumeat agros, vel partem eorum, & aſpergat aqua benedicta, dicatq́; tandem.

ET benedictio Dei omnipotentis, Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat & maneat ſuper has fruges.
Reſp. Amen.

IN SABBATHO PENTECOSTES.

IN Sabbatho ſancto Pentecoſtes, legantur Lectiones & Orationes, eodem ordine, vt in Sabbatho Paſchæ, & per omnia ſicut in Miſſali ordinantur. Lectio prima. Tentauit Deus Abraham, & reliqua. Quibus omnibus finitis, fiat Proceſsio, cum Litania Sanctorum ad fontem benedicendum, & benedictio fontis peragatur pariformiter, ſicut in Vigilia Paſchæ. Benedictione peracta, ſequitur officium Miſſæ. Kyrie eleiſon. Gloria in excelſis, vt patet in Miſſali.

BENEDICTIO HERBARVM IN FESTO ASSVMPTIONIS B. Mariæ Virginis.

SAcerdos indutus alba, manipulo & ſtola, abſq; caſula: ante ſummam Miſſam habens coram ſe, herbas benedicendas, dicat ſignando ſe ſigno S. Crucis.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

Reſp. Qui fecit cælum & terram.

Verſ. Domine exaudi orationem meam.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DOmine ſancte Pater omnipotens, qui ab initio feciſti hominem ad imaginem tuam, & condidiſti cœlum & terram, ſolem & lunam, ſtellas & omnia cœleſtia & terreſtria Tu Domine dominaris poteſtati maris, tu habes poteſtatem abyſſi magnæ, tu condidiſti omnia elementa: tu bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris has creaturas herbarum, ſicut benedixiſti quinq; panes in deſerto, & duos piſces, & ſatiaſti quinq; millia hominum virorum: omnesq; qui vtuntur ex eis bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare dignare, vt eis ſit ſanitas animæ & corporis, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. Ft ab omnibus hominibus pecoribusq;, qui ex hoc guſtauerint, omnem putredinem & omne phantaſma Diaboli amouere, & omnem morbum & peſtilentiam ac dolorem expellere digneris. Qui in Trinitate perfecta viuis & regnas Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

OREMVS.

SVppliciter, ſancte Pater, atq; ſubnixis precibus tuam deprecamur clementiam, qui mirabiliter cuncta ex nihilo creaſti, qui terram

diuerſa proferre germina præcepiſti, & varia medicamentorum genera ad ſananda generis humani corpora herbis indidiſti: bene✠dicere & ſancti✠ficare has diuerſi generis herbas tua pietate digneris: vt quicunq; ex eis in hac ſolennitate Venerabilis ac ſanctæ Dei genitricis Mariæ ſumpturi ſunt, tam animæ quam corporis ſanitatem percipiant. Et intercedente eadem beata Maria ſemper virgine, ſic earum vſu iocundetur ſalubriter, quatenus in tuorum vnguẽtorum odore paradiſi ianuas adire mereantur, præſtante Domino Deo noſtro Ieſu Chriſto. Qui tecum viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

OREMVS.

DEVS qui vniuerſis generibus herbarum, humanis neceſsitatibus præſtitiſti remedia: hanc herbarum collectionem tuæ miſerationis benedic✠dextera: vt quiſquis languore depreſſus ex eis aliquid guſtauerit, Eccleſiæ tuæ ſanctæ repræſentatus, optatæ munus ſalutis te donante percipiat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat Deus, &c.

RESPONSORIVM.

Quod ſi Cantores non adfuerint, poterit Sacerdos illud legere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


VI di ſpe ci o ſam ſi cut co·
lum bam deſcendētem de ſu per ri uos
a qua rum cu ius in æ ſti ma bi lis
o dor e rat ni mis in veſtimentis
e ius Et ſi cut dies ver ni
cir cum da bant e am flo res
ro ſa rum & li li a
con ual li um.

Quæ eſt i ſta quæ aſcendit per de-

ſertum ſicut virgula fu mi ex a ro mati-

bus myr rhæ & thu ris.

E T ſi cut, &c.



Glo ri a Pa tri & Filio & Spi ri-

tui ſan cto. Et ſi cut di es, &c.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.
Reſp. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMVS.

VEneranda nobis Domine huius diei feſtiuitas opem conferat ſempiternam, in qua ſancta Dei genitrix mortem ſubijt temporalem, nec tamen mortis, nexibus deprimi potuit, quæ filium tuum Dominum noſtrum de ſe genuit incarnatum. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Deinde herbæ thurificentur, & aqua benedicta aſpergantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EXORCISMVS DOMVS à Dæmonio vexatæ.

Sacerdos indutus ſuperpelliceo & ſtola, dicit:

IN nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

Verſ. Adiutoriũ noſtrũ in nomine Domini.

Reſp. Qui fecit cælum & terram.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ſacerdotibus tuis tantam gratiam contuliſti, vt quidquid in tuo nomine digne perfecteq́; ab eis agitur, à te fieri credatur; quæſumus immẽſam clementiam tuam, vt quod modò viſitaturi ſumus, viſites: & quidquid benedicturi, bene ✠ dicas: & ad ea quæ acturi ſumus, dexteram tuæ potentiæ extendas: Sintq́; ad noſtræ humilitatis introitum (ſanctorum tuorum meritis) fuga dæmonum, & angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Reſp. Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

OREMVS.

DEus Angelorũ, Deus Archangelorũ, Deus Prophetarũ, Deus Apoſtolorũ Deus Martyrũ, Deus Cõfeſſorũ, Deus Virginũ, & omniũ bene viuentiũ: Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, te inuoco, & nomẽ ſanctũ tuũ, ac p̄claræ maieſtatis tuæ clemẽtiã ſupplex depoſco, mihi auxiliũ p̄ſtare digneris aduerſum, vt nequiſſimũ Spiritũ, vt vbicũq; ſit audito nomine tuo, velociter exeat & recedat. Per Chriſtũ, &c. Reſp. Amen.

CONIVRATIO.

ADiuro te ſerpens antique, per iudicem viuorum & mortuorum, per factorem mundi, qui habet poteſtatem mittere te in gehennam, vt ab hac domo feſtinus diſcedas. Ipſe tibi imperat maledicte Diabole, qui ventis ac mari, & tempeſtatibus imperauit. Ipſe tibi imperat qui te de ſupernis cœlorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipſe tibi imperat, qui te retrorſum abire præcepit. Audi ergo Satana, & time, & victus, & proſtratus recede, adiuratus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti: Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

Deinde Sacerdos incipiat quindecim Pſalmos gradua-les, & proſequatur quinque priores, aqua benedicta aſper-gendo loca domus.

PSALM.

Ad Dominum cum tribularer clamaui.

PSALM.

Leuaui oculos meos.

PSALM.

Lætatus ſum, &c.

PSALM.

Ad te leuaui oculos meos.

PSALM.

Niſi quia Dominus erat in nobis.

Singulos cum Gloria Patri. Quibus finitis, dicit:

Kyrie eleiſon. Christe eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

Verſ. Et ne nos inducas in tentationem.
Reſp. Sed libera nos à malo.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DOmum tuam Domine clementer ingre-dere, & in tuorum cordibus fidelium, perpe-tuam tibi conſtrue manſionem: & preſta vt in hac domo nulla malignorum Spiritu-um dominetur nequitia. Per Chriſtum Do-minum noſtrum. Reſp. Amen.

Deinde dicuntur alij quinque Pſalmi, etiam aſper-gendo loca domus.

Pſalm. Qui confidunt in Domino, &c. Pſalm. In conuertendo. Pſalm. Niſi Dominus. Pſalm. Beati omnes. Pſal. Sæpe expugnauerunt. Singuli cum Gloria patri, &c. ſtatim dicit:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

Verſ. Et ne nos inducas in tentationem.
Reſp. Sed libera nos à malo.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aſſiſtis, totus operaris; adeſto ſupplicationibus noſtris, vt huius domus ſis protector & nulla hic nequitia contrariæ poteſtatis obſiſtat: ſed (virtute ſpiritus ſancti & operatione) fiat tibi hic purum ſeruitium, & deuota libertas exiſtat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amē.

Poſtea dicuntur alij quinque Pſalmi graduales, aſpergendo, vt ſupra, loca domus, aqua benedicta: Pſalm. De profundis. Pſalm. Domine non eſt exaltatum. Pſal. Memento Domine Dauid. Pſal. Ecce quam bonum, &c. Pſal. Ecce nunc. ſinguli cum Gloria patri. Quibus finitis, dicit:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

Verſ. Et ne nos inducas in tentationem.
Reſp. Sed libera nos à malo.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

Domine qui in omni loco dominationis tuæ, cuſtos & protector aſſiſtis, exaudi nos quæſumus; vt inuiolabilis huius domus permaneat bene✠dictio; & beneficia tui muneris, vniuerſitas quæ ſupplicat, mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Poſtea in principali loco domus, legat ſequens Euangelium.

Verſ. Domiuus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.
Verſ. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.
Reſp. Gloria tibi Domine.

In illo tẽpore. Ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic erat princeps Publicanorum, & ipſe diues. Et quærebat videre Ieſum, quis eſſet, & non poterat pre turba, quia ſtatura puſillus erat, & præcurrens aſcendit in arborem ſycomorũ,

vt videret eum, quia inde erat tranſiturus. Et cum veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus, vidit illum, & dixit ad eum; Zachæe feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere: & feſtinans deſcendit: & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertiſſet. Stans autem Zachæus, dixit ad Ieſum; Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus: & ſi quid aliquē defraudaui reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus domui facta eſt: eo quod & ipſe ſit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat. Reſp. Laus tibi Chriſte.

Deinde benedicetur incenſum, hoc modo:

Per interceſſionem Beati Michaëlis Archangeli, ſtantis à dextris altaris incenſi, & omnium electorum ſuorum, incenſum iſtud dignetur Dominus bene✠dicere, & in odorē ſuauitatis accipere. Per Chriſtum Dominū noſtrum. Reſp. Amen.

Poſtea Sacerdos ponat incenſum ſuper ignem, & incenſet domum, dicens:

Incēſum iſtud à te benedictū, aſcendat ad te Domine: & deſcēdat ſuper nos miſericordia. Verſ. Dominus vobiſcū. R. Et cū Spiritu tuo.

OREMVS.

VIſita quæſumus Domine habitationem, & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle, Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant: & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti DEVS per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Poſtea domum & habitatores eius benedicat, dicens:

Benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper hanc domum, & omnes habitantes in ea, & maneat ſemper. Reſp. Amen.

Deinde aſpergat aqua benedicta.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTRVCTIO PASTO-RVM ADVERSVS INFESTATIO-nes Dæmonum, & incantationum maleficia.

APOSTOLVS hortatur Epheſios induere armaturam DEI, vt poſsint reſi-
ſtere aduorſus inſidias diaboli: & propoſita difficultate certaminis, mo-
net eos, vt in omnibus ſumant ſcutum fidei, in quo poſsint omnia tela nequiſ-
ſimi extinguere & perfecti ſtare.

Cum autem hoſtis ille capitalis nullas vnquam det nobis inducias. & ni
hilo minori clade etiam hodie graſſetur; eadem arma etiam nũc ſumenda ſunt
quando neq; minoris ſunt efficaciæ, neq; minus neceſſariæ: & cum iuxta inue
teratum odium noſtri omniũ, maximé inuideat nobis æternam ſaluté, eiuſq;
ſubſidia nobis ſubtracta cuperet, tamen hac parte per violentiam nulli nocere
poteſt. Nam peccatorum maculas quæ ſolæ poſſunt impedire iter ad regnum
DEI, non poteſt inuitis aſpergere, ſed in his quæ ad corporis incolumitatem
pertinent, & in externis poſſeſſionibus (DEI permiſſione) homini etiam per
violentiam magnas calamitates inferre poteſt; vt conſtat de beatis Iob, Anto
nio & alijs; in quibus tamen glorioſiſsimè vincitur, dum hæc detrimenta per
patientiam & obedientiam ſuſcipiuntur: Voluit tamen CHRISTVS propter
varias cauſas, in Eccleſia eſſe legitimam poteſtatem frenandi furores diaboli,
& per exorciſmos & adiurationes ſuccurrendi hominũ infirmitati. Sed vt olim
fuerunt qui hanc poteſtatem infeliciter vſurparunt; quemadmodum legitur
in Actis Apoſtolorum cap. 19. de filijs *Sceuæ* Iudæi; ita etiam hodie multi in-
ueniuntur, qui vel cupiditate, vel alia quauis temeritate aut ignorantia ducti,
ſumũnt quidem ſibi audacter officium exorcizãdi, ſed non cum eo fructu, qui
inde ſperari poſſet, ſi grauiter & cum debita pietate negotiũ tractaretur. Sunt
etiam qui leuiter & per erroreá dæmone æſtimantur obſeſſi, cũ naturali mor-
bo detineantur, de quo medicus conſulendus eſſet: & pecorum languores, ex
debilitate naturæ contracti, vel ex eo quod veneni intoxicatione corrumpi-
tur pabulum aut potus, aut quod peſte vel alia quauis tabe corruptus aer ſta-
bulum inficit, ſæpè temere adſcribuntur incantationibus & maleficijs, vbi ta-
men in veritate nihil tale ſubeſt. Dum autem, vt fit DEI permiſſione vere ob-
ſidentur homines aut rerum temperalium detrimentis per maleficia & incan-
tationes affliguntur, non eſt illicitum ad Eccleſiaſtica remedia confugere; &
eorum officium poſtulare, qui publico ritu etiam hodie adhoc in Eccleſia or
dinantur. Sed talis quæratur exorciſta, qui iuxta id quod in ordinatione Exor-
ciſtarum dicitur, à corde & pectore ſuo prius eiecerit dæmonem, quem ab al-
terius corpore conatur expellere: & iuxta Pauli admonitionem iuſtitia & pie-
tate vitæ, ac viuacitate fidei bene ſit armatus. Requiſitus autem, fretus pote-
ſtate quam in ordinatione accepit, in mentem reuocet Chriſti verbum: Ecce

dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper dæmones, & nihil vobis nocebunt, In actione autem prouidus ſit, & cum dæmone agat tanquam callidiſſimo hoſte. Proinde nihil ei fidatur, & ab omni curioſa quæſtione abſtineatur: abſit etiam incondita hominu turba, quæ curioſitate potius quã commiſeratione afficitur.

Cum autem hodie multi occultis erroribus, hæreſibus, aut etiam ſuperſtitionibus contra fidei veritatem impliciti teneantur & his de cauſis dæmonum illuſionibus magis obnoxij reddãtur; primo examinentur diligenter, qui eiuſmodi moleſtijs, vel in ſe, vel in ſuis iumentis affliguntur: & ſi ſimpliciores ſint, & doctrinæ parum capaces, ſaltem inſtruantur in rudimentis veræ fidei, & ſeriò moneantur, quod in omnibus quæ ad fidem pertinent, ſe obedienter ſubijciant doctrinæ traditionibusq; Catholicæ Eccleſiæ, & in illa generali confeſsione fidei fortiter confirmentur.

Secundo, iuxta Cañ. Si per ſortiarios in decretis, moneantur vt de peccatis ſuis (per quæ homines dæmonum ſeruituti tanquam mancipia ſubijciuntur) ſeriò doleant, & benè recollecta conſcientia plene confiteantur, ac diligenter præparati ſacram Euchariſtiam religioſe ſuſcipiant: idq; in tota familia fiat; adhæc eleemoſinis, ieiunijs & orationibus diligenter inſiſtant: Nullo modo ſuſpicentur, hunc vel illum ſibi feciſſe, nec credant id ſuggerentibus, ſed peccatis ſuis tantum imputent, propter quæ ſibi perſuadeant à Deo hanc afflictionem ſibi immitti. Et omnino confirmandi ſunt vt ſic ſe ad patientiam componant, vt ſi quidem benigniſſimo Deo ita videatur & ſibi vtile ſit, omnino contenti eſſe velint & iſta & grauiora etiam pati donec benigniſſimo patri bonum videbitur. Neq; tanti debemus facere iacturam rerum temporalium vt per illicitas artes iuuari & liberari velimus; quod qui faciunt tentationi ſuccumbunt non multum diſſimili aut diuerſæ ab ea qua diabolus Chriſto dixit, monſtrans regna mundi: Hæc omnia tibi dabo ſi procidens adoraueris me

Actionem autem ad liberationem hominis à dæmone obſeſſi, ſic inſtituere poteſt Sacerdos: Aſſumpto habitu Eccleſiaſtico, vt minimum ſuperpelliceo & ſtola, etiam afflicti collum, altera ſtola obuoluat, per quam quaſi in tutelam eum aſſumat, & ſibi iungat, vt in maiorem fiduciam erigatur. Deinde poſt humilem inuocationem ſancti ſpiritus, aſtantium monitionem, vt ſuas preces cum ſacerdotis actione coniungant.

Et muniens ſeipſum ſigno crucis, dicat clara voce:

In nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti. Amen.

Verſ. Domine exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo

OREMVS.

OMnipotens Domine verbum DEI Patris Chriſte Ieſu, qui ſanctis Apoſtolis tuis dediſti poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici; & cuius virtute victus, tanquam fulgur de cœlo, Satanas cecidit: tuum nomen tremens ſupplexq; deprecor, vt mihi indigniſſimo ſeruo tuo data venia peccatorum, confidentiam & virtutem donare digneris, vt hunc crudelem draconem brachij tui potentia ſecurus aggrediar. Qui viuis & regnas cum Deo Patre &c. Reſp. Amen.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, à cuius facie cæli diſtillant, montes ſicut cera liqueſcunt, terra tremit; cui patent abyſſi, quem infernus paueſcit: te ſupplex deprecor vt inuocatione tui nominis huius, famuli tui (famulæ tuæ) N. anima à vexatione liberata, ad auctorem ſuæ ſalutis recurrat, liberatoremque ſuum diabolico depulſo fœtore, & odore ſuauiſſimo Spiritus ſancti percepto, ſequatur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti DEVS per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Tunc Energumenus, ſi poſſit, clara voce dicat Symbolum Apoſtolorum, præeunte Sacerdote, qui ſtatim dicat:

Verſ. Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu.

Reſp. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei æternę Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem; quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Deinde dicat Euangelia quę ſequuntur, ſignans in principio librum, deinde frontem, os, & pectus ſuum, ac poſtremo frontē Energumeni: cuilibet Euāgelio præponēs.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Verſ. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Acceſſit ad Ieſum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine miſerere filio meo: quia lunaticus eſt,

&

& male patitur, nam ſæpe cadit in ignem, & crebro in aquam, & obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Reſpondens Ieſus, ait: O generatio incredula & peruerſa, quouſq; ero vobiſcum? Vſquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me: & increpauit illum Ieſus, & exijt ab eo dæmonium, & curatus eſt puer ex illa hora. Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit illis Ieſus: propter incredulitatem veſtrã. Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, trãſi hinc illuc: & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autem genus non eijcitur niſi per orationem & ieiunium.

Verſ. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum. Reſp. Gloria tibi Domine.

Cap. vlt.

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus; & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundũ vniuerſum, prædicate Euangelium, omni creaturæ, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui credide-

rint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum: & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

Verſ. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

Reſp. Gloria tibi Domine.

Cap. 4. In illo tempore: Deſcendit Ieſus in Capharnaum, ciuitatem Galilææ: ibiq; docebit illos Sabbathis, & ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in Synagoga erat homo, habens dęmonium immundũ. Et clamauit voce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi, Ieſus Nazarene? veniſti perdere nos? Scio te qui ſis, Sanctus Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmuteſce, & exi ab eo. Et cum proieciſſet illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilq; illum nocuit.

Verſ. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem.

Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudeorū Nunc iudicium eſt mundi : nunc Princeps huius mundi eijcietur foras: Et ego ſi exaltatus fuero à terra: omnia traham ad meipſum. Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis IESVS: adhuc modicū lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis; vt non vos tenebræ comprehendāt, & qui ambulat in tenebris neſcit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Cap 12.

Finitis Euangelijs, Sacerdos oſculatur librum, dicens:

Per Euangelica dicta, deleantur noſtra delicta.

Deinde ponit librum ſuper caput Energumeni. Poſtea imponens ſuper obſeſſum extremam partem ſtolæ, dicit:

Verſ. Adiutoriū noſtrū in nomine Domini.
Reſp. Qui fecit cœlum & terram.

Exorcizo te immunde Spiritus per Pa✠trem, & Fi✠liū, & Spiritū✠ ſanctum, vt exeas & recedas ab hoc famulo (famula) Dei N. ipſe enim tibi imperat maledicte damnate

qui

qui pedibus ſuper mare ambulauit, & Petro, ne mergeretur, dexteram porrexit, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento ſuſcitauit. Ergo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo ✠ & vero. Da honorem IESV ✠ Chriſto filio eius, & Spiritui ✠ ſancto, & recede ab * hoc famulo (hac famula) Dei N. & hoc ſignum ſanctæ crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare: Per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

AVdi maledicte Satana, adiuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris noſtri IESV Chriſti, Filij eius, cum tua victus inuidia, tremens gemenſq́; diſcede: nihil ſit tibi commune cum * ſeruo (famula) Dei N. Da igitur honorem aduenienti ſpiritui ſancto, qui ex ſumma cœli arce deſcendens, perturbatis fraudibus tuis, mundum ſibi templum & habitaculum perficiat, vt ab omni penitus vexatione * liberatus ſeruus (liberata ancilla) Dei, gratias perenni Deo referat ſemper, & benedicat nomen eius in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Poſtea Sacerdos tenens manus ſuper caput Energumeni, dicat:

Nec

NEc te lateat Satana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diemque ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi atq; vniuerſis angelis tuis æternus ſuperueniet interitus. Proinde damnate atq; damnande, da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, & Spiritui ſancto, in cuius nomine atq; virtute, ego præcipio tibi quicunq; es, Spiritus immunde, vt exeas & recedas ab hoc famulo (famula) Dei N. quem (quam) Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus pretioſo ſanguine ſuo redimere dignatus eſt. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Reſp. Amen.

EXi Spiritus immunde, ab hac creatura Dei, nec in eam præſumas amplius introire; ipſe tibi imperat maledicte diabole, qui te de ſupernis cælorum, in inferiora terræ demergi, qui te retrorſum abire præcepit. Tu ergo nequiſſime Spiritus humani generis inimice, mortis adductor, vitæ raptor, iuſtitiæ declinator, malorum radix, ſeductor hominũ, incitator inuidiæ, cauſa diſcordiæ, pater mẽdacij: illum metue, qui in Iſaac immolatus eſt, in Ioſeph venundatus, in agno occiſus, in

homine crucifixus qui deinde inferni triumphator exſtitit glorioſus. Recede ergo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, ab * hoc famulo (hac famula) Dei, & ne amplius introëas in * eum (eam) in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

Poſtea Sacerdos accepta cruce, dicat:

Ecce lignum ſanctiſſimum crucis, fugite partes aduerſæ; vicit enim vos & mundum Dominus Ieſus Chriſtus, Filius Dei, imperator ſummus, Leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Crucem det Energumeno oſculandam, dicens cum eo ſimul:

Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per ſanctā crucē redemiſti mundū.

Deinde Sacerdos dicat:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

Verſ. Et ne nos inducas in tentationem.
Reſp. Sed libera nos à malo.
Verſ. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius.
Reſp. Et fugiant qui oderunt eum à facie eius.

Verſ. Saluum fac ſeruum tuum. Vel Ancillam tuam.
Reſp. Deus meus ſperantem in te.
Verſ. Nihil proficiat inimicus in eo (ea.)
Reſp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Verſ. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
Reſp. A facie inimici.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DEus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium: exaudi nos pro famulo tuo infirmo (famula tua infirma) pro quo (qua) miſericordiæ tuæ imploramus auxilium; vt reddita ſibi ſanitate gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actiones.

HOſtium noſtrorum quæſumus Domine elide ſuperbiam; eorumque contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne.

DEus qui contritorum non deſpicis gemitum, & monentium non ſpernis affectum; adeſto ſupplicationibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus, eaſq; clemēter exaudi, vt quicquid contra nos diabolicæ atq; humanę moliuntur aduerſitates, ad nihilum redigatur, & conſilio tuæ pietatis allidatur; quatenus nullis aduerſitatibus læſi, ſed de omni tribulatione & anguſtia erepti, læti in Eccleſia tua gratias referamus. Per Dominum noſtrum, &c. Reſp. Amen.

Poteſt etiam dici Oratio: Deus qui corda fidelium, &c. Et Oratio, Concede nos famulos. Et Oratio illius ſancti, cuius nomine vocatur ipſe, (ipſa) qui (quæ) vexatur: & Orationes aliorum Sanctorum, quos maiori deuotione colimus. Poſſunt dici & aliæ deuotæ orationes, cum compunctione, & cordis contritione, implorando ſemper miſericordiam Dei. Legat etiam Pſalm. 34. Iudica Domine nocentes me. & Pſal. 68. Eripe me de inimicis meis Deus. Et Pſalm. 67. Exurgat, &c. Et Pſalm. 90. Qui habitat in auditorio. Et Symbolum Athanaſij: Quicunque vult. In fine benedicit Energumeno, dicens:

Benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Filij, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper te & maneat ſemper. Reſp. Amen.

Poſſunt etiam ſupradicta pluries repeti, ſi dæmon in vexatione durauerit.

ALTERA FORMA EXORCISMORVM AD FVGANDVM dæmonem de corporibus oppreſſis, vel etiam maleficiatis.

Sacerdos indutus vt ſuprà, dicit:

In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ ſancti. Reſp. Amen.

Nos cum prole pia, benedicat virgo Maria.
Ecce cru ✠ cẽ Domini, fugite partes aduerſę:
Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DEus Angelorum, Deus Arachangelorum, Deus Prophetarum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, Deus & Pater Domini noſtri IESV Chriſti, inuoco nomen ſanctum tuum, ac præclarę maieſtatis tuæ clementiam ſuppliciter expoſco; vt mihi auxilium præſtare digneris aduerſus hunc nequiſſimum Spiritum, & omnem qui ve-

xat hoc plaſma tuum. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

EXorciſo te immunde Spiritus, omnis incurſio aduerſarij, omnis ira, omne phantaſma, omnis legio, in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, eradicare & effugare ab hoc plaſmate Dei. Ipſe tibi imperat, qui te de ſupernis cælorum in inferiora terræ demergi præcepit. Audi ergo, & nunc Satana victus & proſtratus abſcede, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tu ergo nequiſſime Satana, inimice fidei, hoſtis generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, iuſtitiæ declinator, malorum radix; fomes vitiorum, ſeductor hominum, proditor gẽtium, incitator inuidię, origo auaritię, cauſa diſcordiæ, excitator dolorum, malorum magiſter, quid ſtas & reſiſtis, cum ſcias Deum tuas perdere vires? illum metue, qui in Iſaac eſt immolatus, in Ioſeph venundatus, in agno occiſus, in homine crucifixus; deinde inferni triumphator exſtitit glorioſus. Recede ergò in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus

✠ ſancti. Da locum Spiritui ſancto, per hoc ſignum crucis ✠ *Hic ſignet cruce frontem obſeſsi.* Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Si non dum receſſerit Spiritus malignus, Sacerdos proſequitur.

Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DEVS conditor & defenſor humani generis, qui hominem ad imaginem tuam formaſti, reſpice ſuper ⁎ hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) N ⁎ qui (quæ) dolis inuidi ſerpentis appetitur ⁎ quem (quam) vetus aduerſarius, antiquus hoſtis terrræ, formidinis horrore circumuolat, & ſenſum mentis humanæ, ſtupore defigit, terrore conturbat, & metu trepidi timoris exagitat: Repelle Domine virtutem diaboli, fallaceſque eius inſidias amoue: procul impius tentator aufugiat. Sit nominis tui ſigno crucis ✠ in fronte ⁎ famulus tuus munitus (famula tua munita) & in anima ⁎ tutus (tuta) & corpore.

Hic ter faciet ſignum crucis in pe-
ctore, dicens:

Tu pectoris huius ✠ interna cuſtodias: tu viſcera ✠ regas, tu corda ✠ confirmes: in anima aduerſatricis poteſtatis tentamenta euaneſcant. Da Domine ad hanc inuocationem ſanctiſſimi nominis tui gratiam, vt qui huc vſq; terrebat, territus aufugiat, & victus abſcedat, tibiq; poſſit ✶ hic famulus tuus (hæc famula tua) & corde & mente præbere famulatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Adiuro te ſerpens antique, per iudicem viuorum & mortuorum, per factorem tuum, per factorem mundi, per eum qui habet poteſtatem mittendi te in gehennam, vt ab ✶ hoc famulo (hac famula) Dei N. qui (quæ) ad Eccleſiæ ſinum recurrit, feſtinus diſcedas. Adiuro te iterum, non mea infirmitate, ſed virtute Spiritus ſancti, vt deſiſtas ab ✶ hoc famulo (hac famula) Dei N. ✶ quem (quam) omnipotens Deus ad imaginem ſuam fecit. Cede igitur, cede, non mihi ſed miniſtro Chriſti. Illius enim te vrget poteſtas, qui te, affixus cruci, ſubiugauit: illius brachium contremiſce, qui deuictis gemitib9 inferni ani-

mas

mas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis: Sit tibi formido imago DEI. Ne reſiſtas, nec moreris diſcedere ab homine; quoniam complacuit DEO in homine habitare. Et ne contemnendum me putes, dum me peccatorem eſſe cognoſcis, imperat tibi Deus, imperat tibi maieſtas Chriſti; imperat tibi Deus Pater, imperat tibi Deus Filius, imperat tibi Deus Spiritus ſanctus; imperat tibi fides Apoſtolorum Petri & Pauli, & cæterorum Sanctorum, imperat tibi Martyrum ſanguis; imperat tibi Sacramentum Cru✠cis; imperat tibi myſteriorum virtus. Exi ergo tranſgreſſor, exi ſeductor, plene omni dolo & fallacia, veritatis inimice innocentium perſecutor. Da locum duriſſime, da locum impijſsime, da locum Chriſto, in quo nihil inueniſti de operibus tuis; qui te ſpoliauit, qui regnum tuum deſtruxit, qui te victũ ligauit, & vaſa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras, vbi tibi cum miniſtris tuis erit præparatus interitus. Sed quid truculente recogitas? quid temerararie retractas? reus omnipotenti Deo es, cuius ſtatuta tranſgreſſus es: reus es filio eius Ieſu Chriſto Domino noſtro, quẽ tentare auſus es, & crucifigere pſumpſiſti: reus es humani generis, cui tuis perſuaſionibus mortis fructum propinaſti.

Si adhuc non ceſſauerit, aut receſſerit, proſequitur Sacerdos.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus Oſanna in excelſis, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui illum refugã, tyrannũ, & apoſtatam gehennæ ignibus deputaſti: qui vnigenitũ tuum in hunc mundũ miſiſti, vt illum rugientem contereret: velociter attende, accelera, vt eripias hominem, ad imaginem & ſimilitudinem tuam creatum, à ruina & dæmonio meridiano. Da Domine terrorem tuum ſuper beſtiam quæ exterminat vineam tuam; da fiduciam ſeruis tuis, contra nequiſſimum draconem pugnare fortiſſimé, ne contemnat ſperantes in te, & ne dicat ſicut in Pharaone iam dixit, DEVM non noui, & Iſrael non dimittam. Vrgeat illum dextera tua, potens expellere à ✠ famulo tuo (famula tua) N. ne diutius captiuum præſumat tenere hominem, quem tu ad imaginem tuam facere dignatus es: & in Filio tuo redemiſti. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum.

Reſp. Amen.

Adiuro ergo te draco nequiſſime, in nomine Agni immaculati, qui ambulauit ſuper aſpidē & baſiliſcum, qui conculcauit leonem & draconem: vt diſcedas ✠ ab homine, diſcedas ab Eccleſia ✠. Hic producit ſignum ſuper circumſtantes. Contremiſce & effuge, inuocato nomine Domini; quem inferi tremunt; cui virtutes cælorum, poteſtates & dominationes ſubiectæ ſunt; quem Cherubin & Seraphin indefeſſis vocibus laudant: imperat tibi Verbum caro factum, imperat tibi natus ex virgine, imperat tibi Ieſus Nazarenus, qui te cum diſcipulos eius contemneres, eliſum atq; proſtratū, exire pręcepit ab homine; quo pręſente, cū te ab homine ſeparaſſet, nec porcorū gregē contingere præſumebas. Recede ergo nūc adiuratus in nomine eius ab homine quem ipſe plaſmauit. Durum eſt tibi velle reſiſtere, durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare: qui quanto tardius eis, tanto maius tibi ſupplicium creſcit: quia non homines contemnis, ſed illum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignē. Reſp. Amen.

Si oppreſſus nondum fuerit liberatus, proſequitur Sacerdos.

Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens Domine, Verbum Dei Patris, Chriſte Ieſu, DEVS & Dominus vniuerſæ creaturæ, qui ſanctis Apoſtolis tuis dediſti poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones; qui inter cætera mirabilium tuorum præcepta, dignatus es docere, dæmones effugare; cuius virtute motus tanquam fulgur de cœlo Satanas cecidit: tuum ſanctum nomen cum timore & tremore ſuppliciter deprecor, vt indigniſſimo mihi ſeruo tuo, data venia omnium delictorum meorum, confidentiam & poſſibilitatem donare digneris, vt hunc crudelem draconem brachij tui ſancti munitus potentia, fiducialiter & ſecure aggrediar: Per te Ieſu Chriſte Domine Deus noſter. Qui venturus es iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. R. Amen.

ADiuro ergo te omnis immundiſſime ſpiritus, omne phantaſma, omnis incurſio Satanæ, in nomine Ieſu Chriſti ✠ Nazareni, qui poſt lauacrum Iordanis in deſertum ductus eſt, & te in tuis ſedibus vinxit, vt quem de limo terræ ad honorem gloriæ ſuę formauit, tu deſinas impugnare: & in homine miſera-

bili non humanam fragilitatem, ſed imaginem omnipotentis Dei contremiſcas. Cede ergo Deo, qui te, humiliato Iob, in ſeruitutē redegit. Cede Deo, qui malitiam tuā in Pharaone, & in eius exercitu per Moyſen in abyſſum demerſit. Cede Deo, qui te per Danielē proſtrauit. Cede Deo, qui te per ſeruū ſuum Dauid, de rege Saule pulſum fugauit. Ille te perpetuis flammis vrgeat, qui dicturus eſt impijs: Ite maledicti in ignem æternum, quē ꝑparauit pater meus diabolo & angelis eius. Tibi enim impie vermes erunt, qui nunquā morientur: Tibi præparatur inextinguibile incendium, quia tu es princeps maledicti homicidij, tu author inceſtus, tu ſacrilegorum caput, tu artium peſſimarum magiſter, tu hęreticorum doctor, tu totius obſcœnitatis inuentor. Exi ergo impie, exi ſcelerate, exi cum omni fallacia tua. Quid diutius moraris? Da honorem Deo Patri, cui omne genu flectitur. Da locum Ieſu Chriſto, qui pro homine ſanguinem ſuum fudit. Da locum Spiritui ſancto, qui per beatum Petrum te manifeſte ſtrauit in Simone mago: qui fallaciam tuam in Anania & Saphira condemnauit: qui te in Herode Rege honorem Deo non dante percuſſit: qui te in Barieu mago, per Apoſtolum ſuum Paulum cæcitatis caligine perdidit: &

per eundem de Phitoniſſa, verbo imperans, exire præcepit. Diſcede ergo nunc, diſcede ſeductor: tibi eremus ſedes eſt, tibi habitatio ſerpens eſt. Humiliare & proſternere, iam nō eſt differendi tempus. Ecce enim dominator Dominus proximat cito, & ignis ardebit ante ipſum, & præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ſuos. Si enim hominem fefelleris, Deum non poteris irridere: Ille te eijcit, cuius oculis nihil occultum eſt: ille te expellit, cuius virtuti vniuerſa ſubiecta ſunt: Ille te excludit, qui tibi & angelis tuis præparauit æternam gehennam; de cuius ore exiet gladius bis acutus: Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

Poſſunt legi Pſalm. Deus in adiutorium. Pſalm. In Domino confido. Et Pſal. Quid gloriaris in malitia, &c. Item Litaniæ cum precibus ſuis & orationibus.

DE PVERORVM ET RVDIVM INSTITVtione.

VT per vniuerſam diœceſin ſeruetur conformitas in erudiendis pueris, ſubiungitur hoc loco ſumma illa doctrinæ Chriſtianæ, quam tradere pueris & rudioribus Parochi vbique debent.

Von Gottes Gnaden wir Dietherich Biſchoff des Stiffts. Paderborn/ꝛc.

Entpieten vnſern Officialn, Archidiaconen, Pfarrverweſern/ Predigern vnd Seelſorgern vnſere gnad/vnd fügen denſelben hiemit zuwiſſen.

DEmnach vns vorkommen welcher geſtalt nun geraume zeithero ein zimlicher mangel vnd abgang an rechten Catholiſchen kleinen Catechiſmis nicht ohne mercklichen nachtheil/vnd verſaumung der vnſchüldigen Jugendt/hin vnd wider bey den Pfarherrn vnd Schulen in vorgedachtem vnſerm Stifft vnd Gebtet erſchienen/Vnd aber wir auß tragendem Biſchofflichen Ampt billig zu gemüth geführet wie hoch vnd viel daran gelegen/ daß bey dieſen gefehrlichen zeitten

vnd Leuffen / das gemeine Völcklein / vnd inſonderheit die blüende Jugendt / in den Hauptſtücken vnd Artickeln Chriſtlicher Catholiſcher Lehr vnd Glaubens bekandtnuß / zu Lob / Ehr vnd Preiß des Almechtigen / auch jhrer ſelbſt zeitlich vnd ewigen wolfart recht vnd beſtendig vnderwieſen werden / vnd alſo das Joch des Herren von Jugendt auff zutragen anfangen. Wie dann bey dem Propheten Eſaia am 5. Capitel nicht vergebens geſagt wirdt. Darumb iſt mein Volck gefangen hinweg geführt / weil es die Erkändtnuß nicht gehabt / vnd ſeine Fürnembſten haben hunger gelitten / vnd der gemeine Mann iſt vor durſt geſtorben / ꝛc. So habē wir auß angelegener Vätterlicher vñ wolmeinender Sorgfeltigkeit nicht vnderlaſſen wollen / ſolchen geſpürten Mangel / ſo viel an vns zuerſtatten / vnd darauff die gnedige verfügung gethan / daß der kleine Catechiſmus D. Petri Caniſij, wie derſelbe hievor in kurtze Fragſtück vnd Antwort geſtellet / vnd jetzo von newem mit fleiß überſehen / in vnſer Statt Paderborn in notwendiger Anzahl getruckt werde.

Darumb ſo bevehlen wir euch hiemit in Gnaden ſambt vnd einem jeden inſonderheit / vnd wollen / daß jhr in ewren anbefohlenen Archidiaconat, Pfarrkirchen vnd Schulverwaltung / mit allem angelegenen getrewen fleiß daran ſeyt / daß ſolche von newen in truck verfertigte Catholiſche

Catechiſmi, zu Chriſtlicher heilſamer Vnderweiſung vnd Aufferbawung des gemeinen Völckleins vnd angehender zarten Jugent/ nicht allein von vnſern angehörigen Vnderthanen vnd eweren anbefohlenen Pfarrkindern erkaufft / vnd zuwegen gebracht/ ſondern daß auch derſelb zum wenigſten alle Son- vnd Feyrtäg / in angeſtelten Predigen vnd Kinderlehren fleiſſig abgeleſen / erklärt/ vnd außgelegt werden. An deme thut vnd verrichtet was euch tragenden Ambts halben obligt/ vnd vnſer gnediger Will vnd Meinung iſt. Geben auff vnſerm Schloß Newhauß am 20. May Anno 1602.

Kurtze Frag vnd Antwort dieſes kleinen vnd recht Catholiſchen Catechiſmi.

Wer iſt vnd ſoll ein Catholiſcher Chriſt genent werden?

DEr nach empfangenem heiligem Tauff die heylſame Lehr JEſu Chriſti / des wahren Gottes vnd Menſchen / in ſeiner Kirchen vnd Verſamlung bekent / vnd nicht anhangt einigen Secten / Spaltungen / oder jrrigen Lehr / ſo wider die Chriſtliche Lehr vnd Catholiſche Kirch ſtreben.

Welche ſeynd die fürnembſte Stück der gantzen Chriſtlichen Lehr?

Nemblich dieſe Fünff: vom Glauben / Hoffnung / Liebe / von den Sacramenten / vnd Chriſtlicher gerechtigkeit.

Von dem Chriſtlichen Glauben.

Welches iſt das erſte Hauptſtück Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

Der Glaub: Dann ohn den Glauben iſt nicht möglich / daß man Gott gefalle / Chriſtlich lebe / vnd ſelig werde.

Was heiſt vnd iſt der Glaub?

Es iſt ein Gab Gottes / vnd Liecht / dardurch der Menſch erleuchtet wirdt / vnd veſtiglich faſſet alles das / ſo Gott der

HErꝛ offenbaret hat / vnd durch die Chriſtliche Kirch vns zu glauben fürſtellet / es ſey ſolches außtrückenlich geſchrieben oder nicht.

Was ſoll dann ein jeder Chriſt glauben?

Was die liebe Apoſteln in dē zwölff Artickeln des Chriſtlichen Glaubens verfaſſet haben.

Welche ſeyndt die zwölff Artickel des Chriſtlichen Glaubens?

1. Ich glaub in GOtt Vatter Almechtigen / Schöpffer Himmels vnd der Erden.
2. Vnd in Jeſum Chriſtum ſeinen einigen Sohn vnſern HErꝛn.
3. Der empfangen iſt von dem heiligen Geiſt / geboren auß Maria der Jungfrawen.
4. Gelitten vnder Pontio Pilato / gecreutziget / geſtorben vnd begraben.
5. Abgeſtiegen zu der Höllen / am dritten Tag widerumb aufferſtanden von den Todten.
6. Auffgefahren zu den Himmeln / ſitzet zu der Rechten Gottes des Almechtigen Vatters.
7. Von dannen er kommen wirdt zu richten die Lebendigen vnd die Todten.
8. Ich glaub in den heiligen Geiſt.
9. Ein heilige allgemeine Kirchen. Gemeinſchafft der Heiligen.
10. Ablaß der Sünden.

11. Aufferſtehung des Fleiſchs.
12. Vnd ein ewiges Leben. Amen.

Was iſt die Summa vnd kurtzer Jnhalt aller obgemelten Zwölff Haupt Artickel des Apoſtoliſchen Glaubens?

Jſt nemblich dieſe: Daß ein Chriſt mit dem Hertzen glaubt/vnd mit dem Mund bekennet/daß nur ein Gott ſey/ in ſeiner Subſtantz vnd Weſenheit / vnd zugleich auch Dreyfältig in den Perſonen; als nemblich Gott der Vatter/ein Schöpffer aller Ding: Gott der Sohn/ ein Erlöſer der ſündigen Welt; vnd Gott der heilige Geiſt / ein Tröſter aller frommen Chriſtglaubigen/welche er in der wahren Catholiſchen Kirchen heiliget/vnd durch geordnete Mittel ſeelig macht.

Von der Chriſtlichen Hoffnung/ vnd dem heiligen Vatter vnſer.

Welches iſt das ander Hauptſtück Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

Die Hoffnung.

Was heiſt vnd iſt die Hoffnung?

Sie iſt ein Chriſtliche Tugent/von Gott dem Menſchen eingegoſſen/ durch welche ein Chriſt mit gewiſſem Vertrawen wartet vnd harret auff die Güter ſeines Heils/ vnd des ewigen Lebens.

Warauß lernen wir/wie vnd was man recht hoffen vnd bitten ſoll?

Auß dem heiligen Vatter vnſer/ welches Chriſtus / vnſer HErꝛ vnd Meiſter/mit ſeinem heiligen Mund gelehret/ vnd vns zubetten befolhen hat.

Wie viel Theil vnd Bitt hat das heilige Vatter vnſer?

Sieben. Die lauten alſo.

Vatter vnſer/der du biſt in den Himmeln. Geheiliget werde dein Nahm. Zukomme dein Reich. Dein Will geſchehe/wie im Himmel alſo auch auff Erden. Vnſer täglich Brodt gib vns heut. Vnd vergib vns vnſer Schuldt/als auch wir vergeben vnſern Schüldigern. Vnd führe vns nicht in Verſuchung/ ſondern erlöſe vns von dem Vbel. Amen.

Was iſt die Summa vnd der Inhalt des gantzen heiligen Vatter vnſers?

Wir bitten hie vmb ewige/geiſtliche vnd leibliche Güter/Seel vnd Leib damit zuerhalten: begehren auch daß vns Gott vor ſünden/Anfechtung vnd allem Vbel/dieſes vnd des zukünfftigen Lebens behüten/vnd erhalten wölle.

Wie ſoll man der heiligen Junckfrauwen Mariæ den Engliſchen Gruß ſprechen?

Begrüſſet ſeyeſt du Maria/voller Gnadē/der Herr iſt mit dir/du biſt gebenedeyet vnder den Weibern/vnd gebenedeyet iſt die Frucht deines Leibs IESVS. Heilige MARIA, Mutter Gottes/bitt vor vns Sünder/jetzt/vnd in der Stund vnſers Todts/Amen.

Warumb wirdt neben dem Vatter vnſer der Engliſch Gruß geſprochen.

Darumb/damit vnſer Gebett im Vatter vnſer deſto kräfftiger ſey/wann wir Chriſtum/vnſern HErrn/vnd ſeinen heylwertigen Nahmen/darbey melden/auch Gott/in ſeiner lieben werthen Mutter/loben/vnd durch ſie die Göttliche Gnad begeren.

Von der Lieb vnd den Zehen Gebotten Gottes.

Welches iſt das dritt Hauptſtück Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

Die Liebe.

Was iſt vnd heiſt die Liebe?

Die Lieb iſt ein gnadreiche von GOtt eingegoſſene Tugendt/durch welche wir Gott den Herrn/als das höchſte Gut/vmb ſein ſelbſt willen: vnſern Nechſten aber vmb Gottes willen/recht Chriſtlich lieb haben.

Welches iſt das rechte Warzeichen der Liebe des Menſchen gegen Gott vnd ſeinē Nechſten?

Diß iſts/ſo einer die Gebott Gottes helt/von welchen Chriſtus ſagt: Wiltu zum Leben eingehē ſo halt die Gebott.

Welches ſeynd die Zehen Gebott?

I.

Ich bin der HERR dein Gott. Du ſolt kein frembde Götter neben mir haben. Du ſolt dir kein geſchnitzt Bildt machen/daſſelbig anzubetten.

II.

Du ſolt den Nahmen Gottes/deines HErren/nicht vergeblich führen.

III.

Gedenck daß du den Sabbath heiligeſt.

IIII.

Du ſolt deinen Vatter vnd Mutter ehrē/auff daß du lang lebeſt auff Erden.

V.

Du ſolt nicht tödten.

VI.

Du ſolt nicht Ehebrechen.

VII.

Du ſolt nicht ſtehlen.

VIII.
Du ſolt kein falſche zeugnuß gebē wider deinen Nechſten.
IX.
Du ſolt nicht begehren deines Nechſten Weib.
X.
Du ſolt nicht begehren deines Nechſten Hauß/ Acker/ Knecht/ Magd/ Ochſen/ Eſel/ noch alles was ſein iſt.

Warin ſtehet die Summa vnd Inhalt dieſer Zehen Gebott Gottes?

In dem: Du ſolt GOtt/ deinen Herren/ lieben auß gantzer deiner Seel/ auß gantzem deinem Gemůt/ vnd auß allen deinen Kräfften. Das iſt das erſt vnd gröſte Gebott. Das ander aber iſt dem gleich: Du ſolt deinen Nechſten lieben als dich ſelbſt. In dieſen zweyen Gebotten hangt das gantze Geſatz vnd die Propheten.

Wieviel ſeynd Gebott der heiligen Chriſtlichen Kirchen?

Fürnemblich Fünff.
I.
Du ſolt die auffgeſätzte Feyertäg halten.
II.
Du ſolt alle Feyrtäg die heilige Meß mit andacht hören.
III.
Du ſolt die gebottene Faſttäg/ auch das vnderſcheiden der Speiß halten.
IIII.
Du ſolt/ zum wenigſten einmal im Jahr/ deinem verordneten Prieſter/ oder einem andern mit erlaubniß/ deine ſünd beichten.
V.
Du ſolt das heilig hochwürdigſt Sacrament des Altars auffs wenigſt einmahl im Jahr/ nemblich vmb die Oeſterliche Zeit/ empfahen.

Warumb ſoll man dieſe Gebott der Kirchen halten?

Darumb / daß ein Chriſt / in krafft des vierdten Göttlichen Gebotts / ſchüldig iſt / ſo wol der Geiſtlichen / als der Weltlichen Obrigkeit / gehorſam zuleiſten. Welcher aber die Kirche nicht höret / oder jhre gute Ordnung vnd Satzung verachtet / der ſoll für ein Heyd vnd Publican / wie Chriſtus ſagt / gehalten werden.

Von den heiligen Sacramenten.

Welches iſt das vierdt Hauptſtück Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

Es ſeyndt die heiligen hochwürdigen Sacrament.

Was heiſt vnd iſt ein Sacrament?

Es iſt ein ſichtbarlichs kräfftiges Zeichen von Gott ſelber eingeſetzt / dardurch wir vnſichtbarlicher weiß Gnad vnd inwendige Heiligung empfahen.

Wie viel ſeyndt Sacrament?

Es ſeyndt Sieben.

Das erſt / der Tauff.
Das ander / die Firmung
Das dritte / das Sacrament des Fronleichnams vnſers Herren Jeſu Chriſti.
Das vierdt / die Buß.
Das fünfft / die letzte Oelung.
Das ſechſte / die Prieſterweyh.
Das ſiebend / die Ehe.

Was

Was iſt der Tauff?

DEr Tauff iſt das erſte notwendigſte Sacrament/ darin der Menſch/ durch das Waſſer vnd Wort Gottes/ von allen Sünden gereiniget/ vnd in Chriſto/ als ein newe Creatur/ zum ewigen Leben widergeboren vnd geheiligt wird.

Was iſt die Firmung?

DJe Firmung iſt ein Sacrament/ in welchem der getaufft Menſch/ durch den heiligen Chriſam/ vnd das heylſame Wort/ von dem Heiligen Geiſt/ in Gnaden geſterckt wirdt/ damit er ſeinen Glauben ſtandhafftig bekenne/ vnd demſelbigen fleißiger nachkomme.

Was iſt das Sacrament des Fronleichnams vnſers Herrn Jeſu Chriſti.

ES iſt das Sacrament des Altars: ja der wahre Leib vnd Blut vnſers HErrn JEſu Chriſti/ der vnder den Geſtalten Brots vnd Weins/ mit ſampt ſeiner Seel vnd Gottheit/ weſentlich vnd volkommentlich gegenwertig da iſt/ alsbald ein ördentlicher geweyhter Prieſter Brodt vnd Wein auff dem Altar handlet vnd conſecriret.

Was iſt die Buß?

DJe Buß iſt ein Sacrament/ dardurch ein ördentlicher Prieſter/ an Gottes ſtatt/ die Sünd nachleſt vnd verzeyht/ wañ der Sünder im Hertzen Rew vnd Leyd hat/ ſeine Sünd mit dem Mundt beichtet/ vnd ein rechte Buß wircken wil.

Was iſt die letzte Oelung?

DJe letzte Oelung iſt ein Sacrament/ darinnen/ durch das heilige Oel vnd Chriſti Wort/ die Gnad Gottes den

Krancken/zu wolfahrt der Seelen/ vnd etwan auch des Leibs/ gegeben wirdt.

Was iſt die Prieſterweyhe?

DJe Prieſterweyhe oder Geiſtliche Weyhe/iſt ein Sacrament/ dardurch ein geiſtlicher Gewaldt vnd ſonderbare Gnad den Prieſtern/vnd andern Dienern der Kirchen/geben wirdt/daß ſie jhren Dienſt vnd Geiſtliche Empter recht vnd wol verrichten mögen.

Was iſt die Ehe?

DJe Ehe iſt ein Sacrament/ durch welche zwo ledige Chriſtliche vnverſprochene Perſonen/ Mann vnd Weib/ſich ordentlicher Weiß zuſammen verheyrathen/darzu jhnen Gott/ durch dieſes Sacrament/ Gnad gibt/ daß ſie in jhrem Ehelichen Standt biß in den Todt Gottſelig verharren/vnd jhre Kinder Chriſtlich auffziehen.

Jſt es auch genug/daß ein Catholiſcher Chriſt die vier obgemelte Stück wiſſe vnd bekenne?

Es iſt nicht genug/ſonder er muß auch die Chriſtliche Gerechtigkeit mit dem Werck erzeigen. Dann ein Knecht der ſeines Herrn willen weiß/vnd den nicht thut/der wirdt mit viel Streychen geſchlagen werden.

Von Chriſtlicher Gerechtigkeit.

Welches iſt das fünffte Hauptſtück Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

Es iſt die Chriſtliche Gerechtigkeit.

Was gehört zur Chriſtlichen Gerechtigkeit?

Dieſe zwey Stück: Daß ein Chriſtgläubiger Menſch/ durch Gottes Gnad/ das Böß laſſe vnd das Gut wircke. Dann wer ſchon durch den Glauben gerecht worden iſt/ der muß auch durch gute Werck noch gerechter werden.

Was böſes ſoll man zum meiſten laſſen oder fliehen?

Die Sünd vnd Laſter/ die den Menſchen vmb Ehr/ Gut/ Leib vnd Seel bringen/ jhn von Gott vnd allem guten ſcheiden/ vnd ewiglich verdammen.

Welche ſeynd die fürnembſte Sünd?

Die Todt- oder Hauptſünd: Die Sünd in den Heiligen Geiſt: Die Sünde/ welche in den Himmel ſchreyen: Die frembde Sünd/ vnd andere dergleichen/ die der Liebe Gottes/ vnd des Nechſten widerſtreben.

Wie viel ſeynd Hauptſünden?

Sieben. 1. Hoffart. 2. Geitz. 3. Vnkeuſchheit. 4. Neidt. 5. Fraß vnd Füllerey. 6. Zorn. 7. Trägheit.

Wie viel ſeynd Sünd in den H. Geiſt?

Sechs.

Als nemlich vnd zum erſten: Vermeſſentlich auff Gottes Barmhertzigkeit ſündigen.

Zum andern/ An Gottes gnad verzweifflen.

Zum dritten/ der erkandten Warheit widerſtreben.

Zum vierdten/ ſeinem Bruder/ vmb der Göttlichen gnad willen/ mißgünſtig vnd neidig ſeyn.

Zum fünfften/ein verſtockt Hertz haben

Zum ſechſten/in der Vnbußfertigkeit fürſetzlich verharrẽ.

Dieſe Sünd werden in dieſer vnd jener Welt gar nicht/ oder ſchwehrlich/verziehen.

Wie viel ſeynd der Sünden/die in den Himmel ſchreyen?

Vier.

1. Fürſetzlicher Todtſchlag.
2. Die Sodomitiſche Sünd.
3. Vndertrückung der Armen/Witwen vnd Wäyſen.
4. Vnd wañ man den verdienten Lidlohn den Arbeitern vnd Taglöhnern auffhelt/vnd entzeucht.

Vnd ſolche Laſter werden von GOtt offt in dieſem Leben ſchröcklich geſtrafft.

Wie viel ſeynd der frembden Sünden?

Neun. 1. Zu der Sünd rahten.

2. Einen andern heiſſen ſündigen.
3. In andere Sünd verwilligen.
4. Andere zur Sünd anreitzen.
5. Anderer Sünd loben. 6. Darzu ſtillſchweigen.
7. Dieſelbe vberſehen oder verhengen.
8. Des frembden Guts ſich theilhafftig machen.
9. Anderer Sünd verthetigen.

Dann alſo werden wir an frembden Sünden vor GOtt ſchüldig vnd theilhafftig / als ob wir ſie ſelbſt perſönlich begangen hetten.

Iſt es auch genug das böß laſſen/ vnd die Sünd meiden.

Neyn. Dann ein jeglicher Baum/der nit gute Frücht bringet/der wirdt auß gehawen/vnd ins Fewr geworffen.

Wer

Wer aber den Willen des Vatters thut/ der wirdt eingehen in das Reich der Himmeln.

Was guts ſoll dann ein Chriſt thun vnd wircken?

Er ſoll nüchtern/ gerecht vnd Gottſeliglich vor Gott vnd den Menſchen leben/ vnd mit guten Wercken ſeinen Chriſtlichen Beruff zieren vnd gewiß machen.

Wie vielerley ſeynd der guten Werck?

Fürnemblich dreyerley.

1. Betten. 2. Faſten. 3. Almuſen geben.

Warzu nutzen vnd dienen vns die gute Werck?

Auß den guten Wercken/ vnd nicht auß dem Glauben allein/ wirdt der Menſch gerechtfertiget/ vnd erlanget die Cron der gerechtigkeit. Vnd wer da thut die Gerechtigkeit/ der iſt gerecht. Die guts thun/ werden eingehen in das ewige Leben. Die aber böſes thun/ in die ewige Pein.

Wie viel ſeynd Leibliche Werck der Barmhertzigkeit?

Sieben.

1. Die Hungerige ſpeiſen.
2. Die Durſtige träncken.
3. Die Nackende bekleiden.
4. Die Gefangene erledigen.
5. Die Krancken beſuchen.
6. Die Frembden beherbergen.
7. Die Todten begraben.

Von dieſen ſagt Chriſtus: Selig ſeynd die Barmhertzigen/ dann ſie werden Barmhertzigkeit erlangen.

Wie viel ſeynd Geiſtliche Werck der Barmhertzigkeit?

Sieben.

1. Die Sünder ſtraffen.
2. Die Vnwiſſenden lehren.
3. Den Zweiffelhafftigen recht rathen.
4. Vnd für die Lebendigē vnd Todten Gott bitten.
5. Die Betrübten tröſten.
6. Das vnrecht gedültig leyden.
7. Denen / ſo vns beleydigen / gern verzeyhen.

Mit was maſſen wir aber außmeſſen / mit derſelben wirdt vns wider eingemeſſen.

Welches ſeind die acht Seligkeiten?

Es ſeynd die / ſo Chriſtus im anfang ſeines Euangeliſchen Geſatzes gelehrt / da er ſpricht:

1. Selig ſeynd die Armen im Geiſt / dañ jr iſt das Reich der Himmel.
2. Selig ſeynd die Sanfftmütigen / dann ſie werden das Erdreich beſitzen.
3. Selig ſeynd die weynen vnd Leyd tragen / dann ſie werden getröſtet werden.
4. Selig ſeynd die hungerig vnd dürſtig ſeynd nach der Gerechtigkeit / dann ſie werden erſettiget werden.
5. Selig ſeynd die Barmhertzigen / dann ſie werden Barmhertzigkeit erlangen.
6. Selig ſeynd die eines reynen Hertzen ſeynd / dann ſie werden Gott anſchauwen.
7. Selig ſeind die Friedſamen / dann ſie werden Kinder Gottes genent werden.
8. Selig ſeynd die Verfolgung leiden / vmb der Gerechtigkeit willen / dann jhr iſt das Reich der Himmel.

Wie viel ſeynd Euangeliſche Räthe?

Deren ſeynd fürnemblich drey.

1. Freywillige Armuth.
2. Stete Keuſchheit.
3. Volkommener Gehorſam vnder einem geiſtlichen Oberſten.

Welches ſeyndt die letzte Ding des Menſchen?

Dieſe Vier:

1. Der Todt.
2. Das letzte Gericht.
3. Die Höll.
4. Das Himmelreich.

Gedenck dann O Menſch in allen deinen Wercken, deiner letzten Ding/ ſo wirſtu in ewigkeit nicht ſündigen.

Laus Deo, Virginiq; Matri eius.

€ 1.450,-

Paderborn

Agenda = Kirchenordnung

Paderborn, Pontanus 1602

+ Paderborn Katechismus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN